

COMPENDIUM  
SYSTEMATICUM  
THEORICO-PRACTICUM  
UNIVERSI JURIS

QUOD

IN ALMA ET PERANTIQUA ELECTORALI  
UNIVERSITATE MOGUNTINA

PRÆSIDÈ

PRÆNOBILI, CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO  
VIRO AC DOMINO

D. JOH. PHILIPPO HAHN,

U. J. D.

Et in Inclÿta Elector. Universit. Mogunt.  
Professore Publico Ordinario, nec non Facultatis  
Juridicæ Assessore

PRO STADII AC STUDII CORONIDE  
PUBLICÆ AC SOLENNI CRISI SUBMISIT  
JOANNES JACOBUS NOPP, Winterburgo-Badensis

J. U. CANDIDATUS,

IN COLLEGIO UNIVERSIT. ORDINARIO Die 4<sup>ta</sup> JUL. MDCCXLIII.

MOGUNTIAE. Ex Typographico Electorali Aulico-Academico apud JOANN. HENRIC. HÆFFNER.

SERENISSIMO

S. R. I.

PRINCIPI

AC

DOMINO DOMINO

LUDOVICO

GEORGIO

MARGGRAVIO BADENSI

ET HOCHBERGENSI &c. &c.

AVREI VELLERISEQVITI

&c.

PRINCIPI AC DOMINO MEO  
CLEMENTISSIMO.

IMMO  
PI  
MINO  
CO  
IO  
ADENS  
&c. &c.  
EQUITI  
O MEC

SERENISSIME  
PRINCEPS  
DOMINE DOMINE  
CLEMENTISSIME.



*Amet si, SERENISSIME PRINCEPS, meticolosus nonnihil hæsitârim, levidensem hanc opellam Principali conspectui TUO subdicere, erexit me tamen summus ille TUUS ac nunquam satis deprædicandus in studia liberalia amor, excitavit dulcissima tot Principalis Munificentie in Patrem meum t. m. effusarum gratiarum me-*

*moria, stimulavit denique precum supplicum TIBI à Patruo meo pro Orphanis nobis submississimè oblatarum obtutus planè Paternus, quòque eum dignatus, nos verò consolatus es, clementissimum Rescriptum. Quare hasce primitias meas Principali Nomini TUO consecratas, in humillimi obsequii & clientelaris subjectionis quaecunque redhostimentum benignissimè suscipe, utque in devotissimos TIBI (queis me accenseo,) Vernas continuandis gratiis manare possis uberius, D. T.O. M. obtestor, quo TE Serenissime Princeps, Serenissimámque Domum TUAM omnigena felicitate & gloria florentemquàm diutissimè rebus humanis interesse patiatur, atque SERENITATI TUÆ largiatur prosperos supra vota successus, fortunet consilia, & ad gratum sibi, gloriosum TIBI, utilem subditis dirigat finem*

## SERENITATIS TUÆ

*Servorum ac clientum infimus*  
JOANNES JACOBUS NOPP.

# PRÆFATIO.

**T**Ametsi methodum in compilando Jure nostro, præprimis in Institutis, observatam judicare nolumus, id enim vel cogitare nefas foret, l. 3. C. de crim. sacril. attamen illud nobis inde, quo vel delibare studium hoc contigit, firmiter persuasum fuit, longè melius è re nomophilorum factum fuisse & etiamnum fieri, si totum Jus nostrum in duas Partes dividatur, ac primâ quidem de JURE IN RE, alterâ verò de JURE AD REM instituatür tractatio, qua sanè ratione efficeretur, ut, dum frustra de connexionè Titulorum laboratur, vid. Strictur, nræ ad Comp. Lauterb. pag. 1. memoria non minùs quàm ingenio non solùm rudis adhuc & infirmi Studiosi S. 2. J. de J. & J. sed & absoluti Candidati Juris anacephaleosin meditantis mirificè consuleretur. Et memoria quidem, propter accuratum ordinem & primorum ubique Principiorum Synopsis. Ingenio verò, ut illud minimè obruendo præter prima rudimenta, reliquas quoque materias suos semper reducendo ad fontes, solida universæ Jurisprudentiæ principia facili equè ac jucundâ viâ sibi valeat comparare. Vale B. L. & fave.

A

SY-

# SYSTEMA GENERALE UNIVERSI JURIS. OMNE JUS EST

*vel*

<p>Jus reale seu JUS IN RE (a) hujus Sunt 6. Species: I. <i>Dominium</i>. II. <i>Quasi-Dominium</i>. III. <i>Servitus</i>. IV. <i>Pignus</i>. V. <i>Jus hereditarium</i>. VI. <i>Possessio</i>.</p> <p>Ex his descendunt omnes ACTIONES REALES, (b) &amp; actionibus suis respondentia INTERDICTA, (c)</p>	<p>Personale seu JUS AD REM, (d) Causa hujus efficiens quin- tuplex: I. <i>Contractus</i>. II. <i>Quasi-Contractus</i>. III. <i>Delictum</i>. IV. <i>Quasi-Delictum</i>. V. <i>Varie causarum figura</i>.</p> <p>Ex his descendunt omnes ACTIONES PERSONA- LES.</p>
--	---

(a) Variè hoc definiunt; sed clariùs sic: Jus Reale est, dum nobis res est affecta vel Jure Dominii vel quasi Dominii, &c.

(b) Unde & fluit harum definitio: scil. actio realis est, quæ nascitur ex jure in re. h. e. dominio, quasi dominio, &c.

(c) Sic (1) Rei vindicationi directa respondent interdicta uti possidetis & unde vi directa. R. V. utili &c. vid. Hopp. de Interd. (2) Actioni publicianæ, eodem modo. (3) Confessorix directa & utili. eodem modo. (4) Servianæ, interdictum Salvianum. Quasi servianæ, quasi salvianum. Hopp. ibid.

(d) Quod ita describimus, quod sit, jus, dum personam nobis ad aliquid præstandum obligatam habemus ex conventionem vera vel quasi, delicto vero vel quasi, aut reliquis causarum figuris. vid. infra P. II.

PARS

# PARS. I.

DE

## JURE IN RE.

### I. DOMINIUM. (a) & hoc vel

I. *Directum*, competens illi, qui *Jure naturali*, (b) vel *civili* (c) dominus est.

A 2

II.

(a) Quod est, *Facultas disponendi de re corporali in usum & ab usum*. quæ facultas licet exercitio quandoque, uti in pupillo, &c. destituatur, *substantia* tamen domini per hoc nihil derogatur. Per verba: *in usum &c.* etiam à Procuratore habente *mandatum cum libera*, distinguitur.

(b) Confer hic *tot. tit. de R. Div. & de R. V.*

(c) Conf. *tit. de Usucap.* Est autem *Usucapionis & præscriptionis* non una definitio, si enim est acquisitio rerum corporalium, definita est *l. 3. ff. h. t.* Hopp. 313. Si verò 1) acquisitio *jurium*. 2) *Juris alteri competentis extinctio*, aliter definienda *Præscriptio*. Inde datur *R. V. directa*, Hopp. p. 815.

II. *Utile, competens Emphyteutæ, (d)*  
*Vasallo, (e) & Superficiario. (f)*

III.)

(d) *Emphyteusis* est (vid. tam. Colleg. Nr. Polem. p. 296.) *dominium utile rei aliena immobilis, concessum sub lege meliorationis & canonis. V. DD. ad tit. si ager vectig. & ad tit. ff. & J. locat.*

(e) *Feudum* (si in re immobili consistat) est, *dominium utile rei immobilis, concessum sub lege fidelitatis.* Quod si enim Jus aliquod, v. g. jurisdictio, &c. in feudum detur, vid. III. *SERVITUS*, aut pecunia. vid. Stryck E. J. F. Q. 21, aliter definiendum erit. *Hic repet. tot. J. Feudale ad illudque Stryck. E. J. F.*

(f) *Superficies (Grundrecht)* est *utile dominium competens ei, qui in fundo vel muro alieno adificium aliudve positum habet L. 73. de R. V.* Exemplum in ædibus supra murum urbis ex concessione Principis positus & possessis sub annuo solario, *Grund-Zinß.* Differt ab emphyteusi, emphyteuta quippe dominium utile in ipso solo habet; sed superficiarius dominium tale intuitu solius superficiei habet, & sic thesaurus in ipso fundo inventus ad illum non spectat, Stryck U. M. *ad tit. de superficie.* Arque hisce tribus competit R, V, *utilis*, interdicitæque *utilia*: vid. supra (c)

III.) *Civili*  
*fundo*

(g) h. e.  
 minio muli  
 V. Dixi: i  
 li, habet fe  
 fundo, m  
 alienare po  
 ne illa serva  
 ad tit. de fu  
 consequatur  
 ne, Jure de  
 liter compe  
 accommodat  
 Sic & si Fe  
 vid. c. un. II  
 stitit, marit  
 vindicatione  
 Feudum in  
 jus dominij  
 Pol. Contr.  
 petetque ejus



III.) *Civile* competens 1.) marito in  
fundo dotali, (g)

A 3

2) Le-

(g) h. e. Jus Civile maritum habet pro domino, dominio mulieris, stante matrimonio, sopito. *l. 9. C. de R. V. Dixi: in fundo.* Si enim dos consistat in re fungibili, habet se instar mutui gratuiti. Si in re mobili alia, aut fundo, maritus instar emptoris est, eamque pro lubitu alienare potest *l. 42. de Jure dot.* non distinguendo, sitne illa servando servabilis, nec ne, vid. Lauterb. *in Colleg. ad tit. de fund. dot. §. 10.* Sed *quæres*, quale jus maritus consequatur in juribus in dotem concessis, v. g. Jurisdictione, Jure decimandi, &c. Resp. ista jura marito *civiliter* competere, eique confessoriam utilem *civilem* accommodari. arg. eorum, quæ dicta paulo ante. Sic & si Feudum mulier marito in dotem dederit, vid. *c. un. II. F. 13. c. un. II. F. 17.* quod in fundo consistit, maritus dominium utile *civile* nanciscitur, & rei vindicationem utilem *civilem* habebit; quod si autem Feudum in jure consistat, v. g. decimandi, &c. cum hujus dominium probabilius nullum detur, vid. Colleg. nr. Pol. *Contr. 32.* illud penes maritum erit *civiliter*, competetque ejus intuitu actio confessoria utilis *civilis*, uti supra

pra dictam, idem de emphyteusi & superficie esto iudicium, Sin autem vera servitus fuerit v. g. ususfructus vid. l. 7. §. 2. ff. de jur. dot. confessoria directa civilis ei prodita erit.

### Affinia.

A dote I. differt *Donatio propter nuptias*, quæ est pactum legitimum in specie seu *vestitum*, quo uxori in securitatem dotis *specialis* hypotheca constituitur Hopp. pag. 334. qui tamen male eam specialem contractum asserit, cum à pacto constitutivo hypothecæ haud differat, vid. colleg. nr. Polem. in *Structur. p. 130.* Obstat. Pro dote competit hypotheca tacita. *tit. in quib. caus. pign.* E. donatio hæc vel transferet dominium in uxorem vel erit frustranea. *Resp.* vid. l. un. C. rem alien. gerent. l. 66. ff. pr. de furt. ibique Gothofr. lit. k.

II. *Sponsalitia Largitas*, quæ, cum translatione domini, fit inter *personas desponsatas*, habetque imbitam conditionem, si nuptiæ subsequantur, alias revertitur ad dantem &c. l. 15. l. 16. C. de donat. ante nupt. Brunnem. *ibid.* Atque hæc de substantia sua *sponsalia* præsupponit & hinc ab eo differt

III. D  
tu futuri  
sum est Br  
lia nondu  
partes ven  
quidem ob  
prium col  
sponsalibus  
differt  
IV. M  
amilla, sp  
Manz. ad S.  
guitur  
V. Dona  
est, & ideo p  
sive tradita sit  
Lauterb. eod.  
VI. D  
tus conjug  
in bonis præ  
neat, proind  
respicendum  
Hopp. p. 33  
seqq.

III. *Donatio*, quæ fit *inter Procantes*, licet intuitu futuri matrimonii, quod tamen nondum promissum est Brunnem. *ad l. 12. C. eod. n. 7.* ibi.: *Si sponsalia nondum sint celebrata, sed tantum in tractatu partes versentur, erit etiam donatio simplex, quæ quidem ob spem nuptiarum, sed non sub conditione nuptiarum collata, & sic non redditur irrita non secutis sponsalibus, quippe sponsi nondum fuere.* sicut & differt

IV. *Morgengaba*, quæ est quasi pretium virginitatis amissæ, sponsæ post primum concubitum fieri solita, vid. Manz. *ad S. 3. de donat. ante nupt.* unde ab hac distinguitur

V. *Donatio inter conjuges*, nam hæc merè gratuita est, & ideo prohibita. *tit. de donat. inter vir. & ux.* quæ siue tradita sit, siue non, morte confirmatur vid. Comp. Lauterb. *eod. diss. Vinn. L. 2. quest. Jur. C. 15.*

VI. *Dotalitium Wittumbis*, quod est usus fructus conjugis superstiti, ut plurimum viduæ, constitutus in bonis præmorientis ad dies vitæ, si in viduitate permaneat, proinde nihil à natura ususfructûs alienum habet, respiciendum tamen ad statuta & mores locorum vid. Hopp. p. 336. hîc conferendi tituli *de Jure dot. & seqq.*

Jura

2) Legatario aut fideicommissario particulari in specie à domino relicta. (b) III.

(b) Inde legatario competit rei vindicatio civilis, quæ oritur ex dominio, quod *beneficio legis* (vid. Hopp. p. 286.) seu ipso jure transit in legatarium &c. vid. Hopp. pag. 448. & confer. *tot. tit. de Legat. & Fideicommiss.*

Jura Dominio affinia.

Nota; ad *Dominium*, jure Gentium vel etiam Quiritali spectatum referri possunt 1.) *Libertas prædialis*, ex qua actio negatoria datur, vid. Hopp. p. 817. confer. strict. nræ ad compend. Lauterb. p. 56. 2.) *Libertas personalis* §. 13. *Inst. de act. & tot. tit. ff. & C. de liber. caus.* 3.) *Ingenuitas*. L. 14. *ff. de prob. tot. tit. ff. si ingen. esse dicat.* 4.) *Jus Patronatus* d. §. 13. *Inst.* 5.) *Paternitas & Filiatio* d. §. 13. *& l. 5. ff. de agnosc. & al. lib.* atque pro his actiones *præjudiciales* in jure proditæ sunt d. §. 13. quas proinde, cum dictas species ad dominium nonnihil *latius* acceptum referamus, omnes *proprie reales* asserere non dubitamus, plerisque *Dissentientibus*. vid. Hopp. ad d. §. 13. 6.) *Potestas Patria*, ex qua liberi vindicantur, sed quoniam hi *extra commercium*, ideo nec proprie in dominio sunt, unde adjectâ causâ: *ex jure Quiritium*, eorum vindicatio concessa. L. 1. §. 2

*ff. de R. V.*  
speciebus,  
vindicatio c  
per notoria.  
Zocel. eod. n.

(i) H

à dominio  
li descendit,

Jure prætoric

tur res corpor

risdictio, Jus

nræ fidei polle

Seu (3) ex don

bus incorpora

2. *Inst. eod. da*

in rem act. (4)

negabatur in

rum jure præ

ctum legitim

differre, quod

fra. Part. II. a

omnino distare

(o) 20

## II. QUASI DOMINIUM (i) quod consideratur vel (1) *strictè*

B

un-

*ff. de R. V.* ubi in terminis habetur, quod ex recensitis speciebus, pro quibus *actiones præjudiciales* dantur, rei vindicatio competat; ex actione verò ipsum jus metimur. *per notoria*. Pariter 7.) Jus conjugale huc pertinebit, vid. Zoël, *eod. n. 45.*

(i) Hospes in Jure est, qui hoc specie distinctum à *dominio* negat, quia (1) hoc ex jure Gentium vel Civili descendit, *tot. tit. de R. D. & tit. de usucap.* Illud ex Jure prætorio §. 4. *Inst. de act.* (2) ex hoc tantum vindicantur *res corporales*, §. 1. *eod.* Ex illo etiam *Jura* v. g. jurisdictio, Jus decimandi &c. translata titulo justo in bonæ fidei possessorem ab eo, cui non competierunt, &c. Seu (3) ex dominio nunquam datur rei-vindicatio pro rebus incorporalibus, sed confessoria *directa* vel *utilis*, §. 2. *Inst. eod.* datur autem hæc publiciana l. 11. §. 1. *de public. in rem act.* (4) Rei vindicatio ex LL. XII. Tabb. est, & planè negabatur in nostro casu. *d. §. 4.* Publiciana verò demum jure prætorio inducta. *eod. §.* Unde sequitur, pactum *legitimum* seu *vestitum*, à contractu *specie* non differre, quod tamen nemo asserit, vid. Hopp. p. 578. & *infra*. Part. II. aut jus hoc reale, ex qua Publiciana datur, omnino distare à dominio, (5) Publiciana *vero* domino

unde *Actio Publiciana* tam pro rebus corporalibus quàm Juribus realibus. v. g. *Jurisdictione, Jure decimandi, &c.* competens (l) vel

2) Latè, pro jure tam reali quàm personali, quod fingitur vel non præscriptum, &

---

*qua tali* non datur, &c. (6) datur ex hypotheca, usufructu &c. l. 11, §. 1, l. 13. ff. *de publ. in rem act.*

(l) Hinc actio Publiciana completè ita definienda: est actio realis prætoria, quæ datur illi, qui rem non vitiosam sibi à non domino traditam aut jus aliquod reale sibi ab eo, cui non competiit, quasi traditum, bona fide & justo titulo accepit, ejusque veram vel quasi-possessionem usucapione nondum completâ, casu iterum amisit, adversus quemcunque infirmiori jure possidentem, ad id, ut actori illa res vel jus aliquod, perinde ac si præscripta præscriptumve esset, adjudicetur & restituitur tot, tit. *de public. in rem act.* §. 4. *Inst. de act.* Breviter: nascitur hæc actio ex *jure reali ficto*, quod est vel *dominium* rei corporalis vel aliud *Jus reale*, cujus dominium veriùs negatur. vid. *Colleg. nr. Polem, Contractu 32.*

& datur a  
alienatum  
de fit, ut

(m)  
pro re, qua  
fundus Tulo  
ne acquisit  
tervenisse,  
ria. Exem  
prum. v. g.  
decimandi &  
li *recessoria*.  
30. annis, Me  
ni mihi comp  
ctione certi ex  
exemplificati  
titer in action  
reale v. g. do  
Rei-vindica  
casu datur e  
minium, qu  
bonis debitor

(o)

II

& datur *actio rescissoria* (m) vel non alienatum esse, hinc *Actio Pauliana*, unde fit, ut hæ duæ actiones non sint, nisi ad-

B 2

jecti-

(m) Definitio vid. apud Hopp. p. 842. Exempl. pro re, quæ non præscripta fingitur: Absum 20. annis, fundus Tusculanus quondam meus à Titio præscriptione acquisitus est, fingit Prætor, præscriptionem non intervenisse, recupero fundum rei-vindicatione *rescissoria*. Exempl. pro *Jure reali*, quod fingitur non-præscriptum. v. g. contra me absentem præscriptum est Jus decimandi &c. recupero illud actione confessoria utili *rescissoria*. Exempl. pro *Jure ad rem* &c. Absum 30. annis, Mevius, qui debuit mihi 100. ex mutuo, actioni mihi competenti *ex mutuo* præscripsit, ago conditione certi ex mutuo *rescissoria* §. 5. *J. de act. in fin.* ubi exemplificativè tantùm de actione *reali* mentio fit. Pariter in actione Pauliana, si in fraudem creditorum *Jus reale* v. g. dominium, interversum, tunc erit realis, scil. *Rei-vindicatio Pauliana* §. 6. *Inst. hinc*, nimir. hoc casu datur *ex ficto dominio*; fingitur enim, acsi dominium, quod habuit debitor, non sit translatum, sed, *bonis debitoris possessis* (hodie formato concursu) creditori-

jectitiæ qualitates jam realium jam personalium actionum principalium naturam induentes. Vid. *Colleg. nr. Polem. Controv. 94.*

III.

toribus acquisitum, ex quo hi experiuntur. Vid. *Colleg. Polem. nr. hic.* Sic & discurre de aliis juribus realibus interversis, Jurisdictione v. g. Jure decimandi, hypothecca &c. pro quibus recuperandis dabitur actio confessoria utilis *Pauliana*; Hypothecaria *Pauliana* &c. Ut mirum sit, hanc à plerisque DD. merè realem statui, unde sibi uno quasi halitu contradicere necesse habent, vid. Hopp. pag. 830. in verb. *Sic si quis debitum liquidum* &c. Lauterb. *ad tit. qua in fraud. cred. §. 14.* ibi: *sive actiones fuerint.* Vid. fusè & explicatè *d. Colleg. nr. Polem. l. c. conf. hic Lauterb. d. l.*

### Affinia Actioni Paulianæ.

**A**ctioni Paulianæ affines sunt Actiones *Calvisiana* & *Fabiana* Patrono competentes, illa datur, si libertus mortuus ab intestato, *hæc* si testatus, ad hoc, ut res in fraudem Patroni alienatæ (quo nimirum ejus pars legitima vel interversa vel imminuta fuerat. Vid. *tit. de Jure Patron.*) revocentur l. 1. §. fin. l. 5. §. 1. ff. *Si quid in fraud. Patron.*

III. SE

ria dire

(n)

alieno cont  
dem hau  
pro qua no  
tes, quot j  
de Servit.  
cum seqq.

I. Differt  
hoc d  
Lauterb. ad t  
ciario &c. Ex  
petit, sed vi  
iple fundus  
tur, quod &  
servit vind  
dispectat, u  
metallici ind  
rio Hopp. ibi



13

(o)

### III. SERVITUS & hæc vel

I) *Propria (n) hinc A. confessoria directa*

B 3

2)

(n) Quæ est, Jus faciendi aliquid vel habendi in alieno contra jus commune. Eaque vel *realis*, eine dem Haus oder Hoff anlebende Gerechtigkeit. pro qua nota regulam: *Tot possunt constitui servitutes, quot jura prædiis nostris utilia.* Hic confer tit. *de Servit. cum seqq.* Vel *personalis.* vid. tit. *de usufr. cum seqq.*

#### Differentia & Affinia.

I. **D**iffert *Ususfructus à Dominio utili*, 1) quia *ex hoc datur Rei vindicatio utilis.* Vid. Comp. Lauterb. *ad tit. de R. V. p. 116.* in verb. *Utilis superficiario &c.* Ex *usufructu* verò nulla *rei-vindicatio* competit, sed *vindicatio tantum seu confessoria*, qua non ipse fundus vindicatur, sed solum liber usus fundi petitur, quod & in *servitutibus realibus* obtinet. *tot. tit. si servit vindic.* 2) Ad *emphyteutam* v.g. *omnis utilitas fundi spectat*, uti thesaurus, vid. Hopp. *pag. 280.* proventus *metallici indistinctè*, quæ aliter se habent in *usufructuario* Hopp. *ibid.* Comp. Lauterb. *p. 126.*

II. differt usufructuarius à Colono, inquilino, & commodatario. quia (1) hi solùm *jus ad rem* habent, indè que actiones personales, vid. tit. *de locat. & de commodat.* Ille verò *jus in re* habet, indè que remedia petitoria, *actionem* scil. *Confessoriam*, & *Possessoria*, interdicta scil. *utilia, uti possidetis & unde vi.* quia possidet *naturaliter*; Illi verò detinent tantùm. vid. infra VI. POSSESSIO, (2) usufructus extinguitur &c. vid. Hopp. pag. 278.

III. Differt usufructus à *Censu reali*, qui sine dubio rem afficit & cum re in quemcunque possessorem transit, unde tertius ille possessor ob pensiones etiam præteritas conveniri potest, ut in simili de *Tributo* dicitur in *l. 2. C. de alluv.* & in *l. 2. ac l. fin. C. sine cens. vel reliq. fund. comparari non posse.* Onus enim illud importat *jus reale* & propter hoc competit *actio realis*, quæ rem ipsam concomitatur *l. 25. ff. de O & A. l. 12. C. de distract. pig.* arg. *l. Cajus. 13. pr. de alim. legat. l. stichus. 20. S. item 2. eod. Covarr. L. 3. var. Resol. c. 7. n. 7. Velasc. & alii alleg. à Franzck. l. 1. resol. 3. n. 3. instar actionis hypothecarie*, à qua tamen differt (1) quod census non inhæreat rei *accessorie* instar hypothecæ, utpote quæ obligationem aliquam principalem præsupponit; sed *principaliter* instar alicujus servitutis Molin. *de J. & J. Disp.*

383. col. 4.  
actio pro ce  
contra posse  
cussionis tu  
S. 3. inst. d  
emphyteut  
centum fol  
non cadat,  
U. M. S. 6  
quod necus  
jure Emph  
IV. Aff  
rium, seu  
dictus ita no  
men à libello  
quod sit con  
cui venditur  
in singulos an  
ut stato temp  
tratio rursus  
Stryck, in E  
reuli fere co  
ubi in J.  
tur, semper l

383. col. 4. in fin. unde fluit differentia (2) quod hæc actio pro censu competens utpote *principalis* ita detur contra possessorem fundi, ut se *exceptione ordinis* seu *excussionis* tueri nequeat, Covarr. d. l. n. 6. Schambog. ad §. 3. inst. de locat. Differt etiam (3) census hic à canone emphyteutico, quod, licet censuarius per plurimos annos censum solvere negligat, fundus tamen ille in commissum non cadat, Conf. Tubing. p. 3. conf. 92. n. 64. Stryck V. M. §. 6. tit. si ager vectig. Carpz. p. 2. C. 39. D. 2. quod secus est in emphyteutico Nov. 7. c. 3. L. 2. C. de jure Emphyt.

IV. Affinis etiam est contractus *libellarius*, *jus libellarium*, seu *libellus*, de quo fit mentio L. II. F. 9. §. 1. dictus ita nonnullis à libella seu parva libra æris; rectius tamen à libello seu brevi charta. Communiter definitur, quod sit contractus, quo scriptura interveniente res alicui venditur certo pretio & hoc amplius, certâ pensione in singulos annos constitutâ, hac plerumque lege adjecta, ut stato tempore contractus ille renovetur certo vel arbitrario rursus numerato pretio. ita Cuj. ad. c. un. I. F. 2. Stryck. in Exam. J. F. c. 2. Q. 29. tenet, eum cum emphyteusi fere convenire, in effectu tamen differre. Verius est, ubi in J. feudali contractus feudo similis indigitatur, semper *libellarium* nominari v. II. F. 26. §. 1. proinde

2) *Impropria vel quasi* (o) cujusmodi sunt jura servituti similia. v.g. *Jurisdictio*, *Jus decimandi*, *Jus suffragii in Collegio*, & alia propemodum infinita pro quibus competit A. *Confessoria utilis*.

## IV.

de & eo nomine emphyteusin comprehendi, ceu patet ex descriptione ejusdem *d. II. F. 9.* quæ incidit cum descriptione emphyteuseos *in §. 3. J. de locat.* & quod uspiam in Jure feudali mentio emphyteuseos fiat, quæ tamen procul dubio etiam apud Longobardos in usu fuit, Ratio verò, quod sub nomine libelli seu libellarii contractus emphyteusis comprehendatur, hæc esse videtur, quod compilatores forte communem doctrinam secuti, emphyteusin non nisi interveniente scripturâ, fieri posse existimaverint, Winzing ad *d. Compend. Stryck.* vid. *II. F. 39. pr. & II. F. 44.* Struv. *J. F. c. 2. aph. 10. n. 4.*

(o) Quodsi enim *Jura* ista propriæ essent servitutes, deberent esse vel *reales* vel *personales*. At *reales* non sunt, quia non sunt constitutæ certo prædio, id quod tamen requiritur. tot tit. *Commun. prædior. & tit. de Servitut.* Neque etiam sunt *personales*, quia cum per-

persona non  
est. per cit. t.  
terdicta utilis

V. Preca  
prædii Eccle  
singulis quin  
car. olim pa  
c. 4. Franzel

Nota. Sing  
res quoque  
na heredis.  
zant. de pig  
16. Bachov

Nota sing  
um vulgò di  
gnus quippe,  
sentiar, consti  
tum, non dor  
ctio verò cam  
& sine causæ  
re queat, ita

229. §. 2.  
Nota sing  
cura sua sit  
320. Brunner

persona non extinguuntur, quod itidem his proprium est. per *cit. tit.* Actioni huic *utili* correspondent Interdicta *utilia, uti possid.* & *unde vi.*

V. Precaria, (Synon. *Precaria*) quæ est ususfructus prædii Ecclesiastici, concessus bene meritis de Ecclesia, singulis quinque annis renovandus *c. 1. & ult. X. de precar.* olim paulo aliter constituebatur vid. *Nov. 7. pr. & c. 4. Franzck. tr. de laudem. c. 12. n. 4.*

Nota. Singulare I. licet pignus *generale*, etiam *tacitum*, res quoque futuras afficiat, nullatenus tamen afficit bona hæredis. *L. 29. pr. ff. de pignor. & hypoth.* Neguzant. *de pign. membr. 2. p. 2. n. 53.* Franzck. *eod. tit. n. 16.* Bachov. *de pignor. L. 1. c. 7.*

Nota singulare II. *indies occurrens*, Pignus prætorium vulgò dictum, nullius valoris aut effectus esse, pignus quippe, nisi debitor ipse tanquam dominus rei consentiat, constitui nequit, siquidem Judici jurisdictio tantum, non dominium in bonis civium competit, jurisdictio verò eam vim non habet, ut sine voluntate domini & sine causæ cognitione, jus in alterius res alteri tribuere queat, ita solidè & fusiùs Leyser in *Medit. ad ff. spec. 229. §. 2.*

Nota singul. III. quod actio hypothecaria, licet ex natura sua sit individua *L. 65. de evict.* Mev. p. 5. Dec. 320. Brunnem. ad *d. L. 65. & L. 1. C. de luit. pign. in*

(o) 20

## IV. PIGNUS vel hypotheca (p) unde

- 1) *Actio Serviana* pro pignore in illatis in prædium rusticum *expressè* contracto locatori competens.
- 2) *Quasi seu utilis Serviana aut hypothecaria*, pro reliquis pignoribus sive *expressis*

casu tamen ratione legatorum & fideicommissorum ipso jure inter hæredes sit divisa. *L. 1. in fin. C. commun. de legat. & fideicommiss.* Brunnem. *adeand. l. n. s.*

Notabile IV. Creditor, cui res aliqua *specialis* tota vel pro parte est obligata, in aliis bonis non obligatis non potest jus reale vel hypothecam in præjudicium aliorum creditorum prætere, sed, si ex re specialiter hypothecata integram solutionem consequi nequit, pro simplici creditore reputatur, proinde inter chirographarios referendus *L. 10. ff. de pign.* Richter *de Privil. cred. c. 6. n. 11.* ubi varia præjud. alleg. Ratio est, quia obligatio speciei non egreditur speciem.

(p) Quod est *Jus reale, quo res aliqua creditori affecta in securitatem crediti, seu quod ipsi debetur.* Constituitur autem pignus hoc sensu acceptum vel per contractum pignoris vid. *tit. ff. de pignorat. act. & S. 4.*

pressis sive  
V. JUS

*Inff. quib. n. seu vestitum Confer. tit. iisque pete di*

(q) Actio  
*Salvianum vianum. V contract. pig*

(r) Quod  
Jure ad rem;  
*dominium d dictionem, fe*

v. g. nomina  
fructus & preti  
intuitu hæredit

um nullum ha  
jus, quod defu  
tit, id quod p  
Salisburgensiu

petitionem me  
Pol. Controv.

pressis sive tacitis competens. (q)

V. JUS HÆREDITARIUM (r) illudq;  
C 2 vel

*Inst. quib. mod. re.* vel per pactum, quod est legitimum seu vestitum ex jure prætorio, vid. *infra de pact. legitim.* Confer. tit. ff. *de pignor. & hypoth. cum tit. seqq.* ex iisque pete divisiones.

(q) Actioni *Serviana* correspondet Interdictum *Salvianum*. *Quasi-Serviana*, Interdictum *quasi Salvianum*. Vid. *infra VI. POSSESSIO*. Item *infr. de contract. pignor.*

(r) Quod est jus *universale* mixtum ex jure reali & Jure ad rem; sicut enim defunctus, hîc *Erblasser*, non *dominium* duntaxat; sed & alia jura realia, puta, jurisdictionem, feudum, pignora &c. itemque 1) Jus ad rem, v. g. nomina habere potuit, sicut & 2) hæres *falsus* fructus & pretia rerum distractarum. aliâque commoda intuitu hæreditatis percipere, quorum defunctus dominium nullum habuit; ita hæres, qui est successor in omne jus, quod defunctus habuit, aliud jus nancisci haud potuit, id quod palmare est, ut paradoxa sit sententia DD. *Salisburgensium* aliorumque nonnullorum, hæreditatis *petitionem* merè realem esse. Vid. uberrimè *Colleg. nr. Pol. Controv. 99.* Dixi *universale*: est autem Jus

vel ex testamento (s) vel ab intestato (t)  
 quæsitum : Et hoc ulterius vel Civile quod  
 ex aditione hæreditatis Jure Civili  
 delatæ (u) competit, & ex quo hæredi-  
 tatis

*universale*, actioque inde competens, qua petitur res  
 una comprehendens plures, sed *titulo universali*, cujus  
 4. species in Jure reperiuntur, scil. 1. Hæreditatis. 2. Bo-  
 norum possessionis. 3. Arrogationis. 4. Additionis  
 bonorum libertatum conservandarum causâ. vid. Hopp.  
*ad tit. per quas personas. §. fin. in fin.* Differt à ju-  
 dicio seu actione *generali*, quia hac petitur quidem res  
 una comprehendens plures; sed titulo *particulari*. Ta-  
 les sunt *actio tutela, pro socio, negot. gestor.* Zoës. *ad tit.*  
*ff. de judic. n. 6.*

(s) Hic recolendi tituli *Inst. de testam. ordin. & seqq.*  
 usque ad tit. *de legat.* itemque tituli *ff. qui testam. fac.*  
*poss. & seqq.* usque ad *Libr. 30.*

(t) Hic legi potest Hopp. *Comment. pag. 537. seqq.*  
 & nostra explicat, per casus. Itemque *Compend. Lauter-*  
*bachii ad tit. ff. quis ordo in possess. observet. pag. 543.*

(u) Vid. tit. *ff. de hered. pet.* quæ est actio universa-  
 lis,

tatis petit

lis, mixta &  
 quoque re  
 rum. Et qu  
 tiner, hoc l  
 de legat. ex  
 quid relictu  
 Unde circa  
 niunt, leger  
 reb. per fid  
 quod conce  
 Inst. de fidei  
 competens et  
 quæ competi  
 tas vel ejus pa  
 sus eum, qui  
 hæreditatis pe  
 petit. ibique  
 realis facta h  
 ne. Stryck.  
 qualis actio  
 competet? R  
 comm. hered.



(o) 20

21

tatis petitio *directa* datur; vel *prætorium*,  
C 3 quod

lis, mixta &c. Vid. Compend. Lauterb. *eod. tit.* Huc quoque referri & recoli potest materia fideicommissorum. Et quidem, quòd fideicommissum *particulare* attinget, hoc legatis exæquatum est à Justiniano §. 3. *Inst. de legat.* excepto solo casu, si *genus* aut *alternativè* quid relictum fuerit vid. Hopp. *pag.* 448. & *pag.* 470. *pr.* Unde circa hoc eadem, quæ circa legata, observanda veniunt, legendique *tit. Inst. & ff. de legat. & tit. de sing. reb. per fidec. rel.* Fideicommissum verò *universale* quod concernit, repetendi *tit. ff. ad Sc. Trebell. & Inst. de fideicomm. & ad Sc. Trebell.* Actio pro hoc competens est, *fideicommissaria hereditatis petitio*, quæ competit fideicommissario universali, cui hereditas vel ejus pars à fiduciario *verbis* est restituta, adversus eum, qui pro hærede &c. de reliquo coincidit cum hereditatis petitione vid. *tit. de fideicommiss. hered. petit.* ibique Commentatores. *Dixi verbis.* Si enim *realis* facta hereditatis restitutio, non egebit hac actione. Stryck. *in annotat. ad Compend Laut. ibid. Sed qualis actio fideicommissario adversus fiduciarium competet?* Respondet Mynsing. *ad §. 1. Inst. de fideicomm. hered.* tria tempora distinguendo. *Imum*, ante  
adi-

quod ex concessa à Prætore bonorum  
 possessione acquiritur, unde *possessoria* (x)  
*hæreditatis petitio.*

## VI.

aditam hæreditatem, quo non nisi imploratio nobilis  
 officii Judicis datur, ut hæres adire cogatur. Vid. ta-  
 men Hopp. *ad* §. 7. *Inst. eod. 2dum*: post aditam, &  
*subdistinguit*, an *sponte* adierit & datur actio persona-  
 lis ex quasi contractu per §. 7. *in fin. Inst. de obligat.*  
*qua quasi.* An *coactè*, & imploratur tantum officium Ju-  
 dicis. *Tertium*, post restitutam, & quidem si *re ta-*  
*cta* restitutio, contra hæredem amplius non aget, *sin*  
*verbo*, tunc non modo personalis ex quasi contractu  
 sed & realis competet scil. *civilis rei vindicatio.* Si ve-  
 rò tertius pro hærede aut possessore possidet hæredita-  
 tem, fideicommissaria hæredit. petitio ei accommoda-  
 bitur, ut dict. supra.

(x) Quæ eodem modo definitur, quo hæreditatis  
 petitio. Hic recolendi tituli *ff. de bonorum possessionib.*  
 cum seqq. usque ad fin. L. XXXVIII, quæ tamen ple-  
 ræque ab usu recesserunt. Famosiores adhuc sunt 1)  
*Carboniana*, quæ liberis impuberibus, quibus quæstio  
 filiationis fuit mota, decernitur dilato statûs iudicio in  
 tem-

tempus pub  
 ibique Comp  
 datur vidua  
 rit, aut const  
 tre in poss.  
 Conjugi in  
 sanguineos re  
 not. *ibid.*

(y) Quæ e  
 Dicitur 1) *in*  
 rei localiter non  
 & rem corporal  
 §. 13. l. 6. §. 1. a  
 nem *civilem ta*  
 nit ad nundinas  
 possessor est, e  
 dere, si velit d  
 is, qui ad num  
 minum (alt  
 vi magis intel

## VI. POSSESSIO. (y)

eáque

tempus pubertatis. *tot. tit. ff. de Carboniano Edict.* ibique Compend. Lauterb. 2) *Ventris nomine*, quæ datur viduæ prægnanti in bonis mariti, donec enixa fuerit, aut constet, eam gravidam non esse. *t. t. ff. de ventre in poss. mitt.* 3) *Unde vir & uxor*, quæ datur Conjugi in bonis defuncti Conjugis, qui nullos consanguineos reliquit. vid. Hopp. 555. *in fin. nostraq; annot. ibid.*

(y) Quæ est corporalis rei insistentia cum jure reali. Dicitur 1) *insistentia*, intellige, quod, licet corpore rei localiter non insistas, possistamen, si velis, insistere & rem corporaliter seu physicè apprehendere. *l. 46. L. 3. §. 13. l. 6. §. 1. de acq. vel amitt. poss.* hinc fluit, possessionem *civilem tantum*, fundamento juris destitui, qui enim ivit ad nudinas, nullo in possessione relicto, naturalis possessor est, eo quod possit rem corporaliter apprehendere, si velit *d. l. 6. §. 1. ibi: retinet ergo possessionem is, qui ad nudinas abiit. Verum si revertentem dominum (alius occupans possessionem: non admisit, vi magis intelligi possidere.* Et sic interdictum unde vi  
ei-

eaque

vel

eidem competere incipiet, ergo tunc primùm amittit possessionem naturalem & civilem simul, ergo antecedenter utramque retinuit, videat. *Zoëseod. tit. n. 7.* Dicitur 2) *cum jure reali*, quod, sicut rationale ad hominem, sic ad substantiam possessionis requiritur, hinc nullatenus possessio tribuitur conductori, §. 5. *Inst. de interdict.* Depositario, Commodatario &c. vid. *Compend. Lauterb. de A. v. A. P.* unde & illud sequitur, nulli in universo Jure, nisi cum jure reali rem occupanti dari *interdictum* seu remedium possessorium, quod nemo, nisi plane hospes in Jure negaverit. *Obst:* Interdictum *unde vi*, datur etiam precario possidenti, à concedente dejecto §. 6. *J. de Interd. L. 14. ff. de vi & vi arm.* quod singulare dicit *Hopp. ad Inst. eod. §. 6.* Sed precarista jus reale nullum habet neque *naturaliter possidet*; sed *detinet* tantùm, *L. 10. §. 1. de A. vel A. P. l. 6. §. 2. de precario*, quia jus solum ad rem habet, & *eatenus* haud differt à Commodatario vid. *Hopp. ad §. 2. Inst. quib. mod. re contr.* Commodatarium autem non possidere tralatitium est: vid. *Comp. Lauterb. ad d. tit. de A. vel A. P.* Ergo & *jure solum ad rem* detinenti Interdictum accommodatur. *Resp.* Ipsi rexx. obmoti solutionem suppeditant, in verb: *d. S. 6. Inst. precario possideat, & d. l. 14. ibi: precario eum*  
(fun-

(fundum) poss  
simpliciter u  
cessa est, ce  
non insinuan  
servavit Com  
Si hoc N  
NATURA  
h. e. detinet  
subjungit: L  
sione fundi p  
da possessioni  
§. 6. J. de im  
us hoc in pass  
la exceptionis  
possessionem a  
la jus reale est  
tem possessio ve  
corporalis, rei  
mum domini,  
dominum agno  
superficiarius, F  
Compend. Lau  
ac civilis sim  
mo domini, q

(fundum) *possideret*. nimir. loquuntur de casu, ubi non simpliciter usus fundi sed ipsa ejus *possessio* precario concessa est, ceu differentiam hanc notabilem plurimi textus non insinuant modo, sed & inculcant, id quod bene observavit Compend. Lauterbach. *ad tit. de precar.* in verb. *Si hoc NB. specialiter rogatum sit, POSSESSIO NATURALIS* (alias enim est tantum in possessione, h. e. detinet *ll. supra alleg.*) L. 6. S. 2. & plurib. aliis, & subjungit: *Datur inde, nimir. ex ipsa naturali possessione fundi precario concessa, interdictum recuperanda possessionis contra dominum, si petentem vi dejecit.* S. 6. *J. de interd.* Malè proinde & contra τὰ πρώτα Hoppius hoc in passu speciale quid statuminat, sed manet Regula exceptionis nescia: nemini competit interdictum, nisi possessionem ad minimum naturalem habenti, quæ & ipsa *jus reale* est: vid. *Coll. n. Pol. Contr. 103.* Est autem possessio vera, duplex? *Naturalis tantum*, quæ est corporalis, rei insistentia cum jure reali, citra tamen animum domini, dum scilicet possessor alium rei possessæ dominum agnoscit, qualem habet emphyteuta, vasallus, superficiarius, pignoris possessor, usufructuarius &c. vid. Compend. Lauterbach. *de A. & A. P.* Et *naturalis ac civilis simul*, quæ est corporalis insistentia rei cum animo domini, quando possessor neminem, præter se rei

(o)

**I.** vel **A** DIPISCENDA:

pro

possessæ dominum agnoscit. vid. *d. Compend. l. c.* Sed *Dices*; quomodo hæc definitio quasi possessioni jurium conveniet, cum eorum dominium nullum dari, defendamus in *Colleg. pol. contro. 32.* Resp. cum in ratione & effectu juris possessio vera & quasi nil differant, sed physicè solùm, neque enim jura ista in sensus *à priori* incurrunt, bene tamen *à posteriori* seu per exercitium juris, unde & *quasi possessio* jurium probatur per exercitium vid. Annot. Stryck. *ad comp. Laut. pag. 41. Et de J. sens. ibid. alleg.* huic scrupulo frustra immoramur. Ubi insuper notanda regula, quod ejusmodi jus, pro quo actio confessoria utilis competit, uti est jurisdictio, jus decimandi, vectigalis, venandi &c. sinè titulo ad transferendum dominum habili nullatenus possit constitui vid. Hopp. ad §. 1. *vers. pluribus modis Inst. de usufr.*

Nota 1. interdictum & judicium possessorium idem in effectu esse, istamque divisionem judicii in *petitorium Et possessorium* actioni duntaxat *reali* conveni-

nire, neutiquam  
nulli in toto  
le habenti,  
fessorium  
Colleg. nr. p.  
adipiscenda  
traditione,  
acquiratur arg  
vers. 1. E.  
actiones erunt  
acquisita est  
tunt, ceu to  
ibi: quorum  
data est. ad  
Obst. 2. falte  
personalia, cu  
riantur Hopp.  
ctum causam  
enim & colon  
rem in fundo  
tamen oppido  
fessionem, o  
fit spoliatus,  
esse, paritas

nire, neutiqum *personali*, unde, cum, uti dictum, nulli in toto jure accommodetur interdictum, nisi jus *reale habenti*, firma manet nostra sententia, judicium *possessorium* omne, actionem *realem* esse vid. in simili *Colleg. nr. polem. controvers. 99.* Obst. 1. possessio *adipiscenda* non potest esse jus *reale*, hoc quippe sine traditione, cessione, aut corporali apprehensione non acquiritur arg. *l. 20. C. de pact. omn.* Hopp. pag 985. *vers. 1. E.* saltem interdicta *adipiscendæ possessionis* actiones erunt *personales*. Resp. vi & *potestate juris* acquisita est possessio, pro qua hæc interdicta competunt, ceu textus est rotundus in *l. 1. ff. quor. bonor.* ibi: *quorum bonorum NB. ex edicto meo illi possessio data est.* add. §. 3. *Inst. h. t.* ibique Hopp. p. 976. Obst. 2. saltem interdicta *recuperandæ possess.* erunt *personalia*, cum ex delicto, violenta scil. dejectione oriuntur Hopp. *ad pr. Inst. de interd.* Resp. *Nego delictum* causam efficientem horum interdict. esse, alioqui enim & colono & inquilino aliisque ex *jure* solum *ad rem* in fundo morantibus accommodarentur, id quod tamen oppido falsum est, sequitur proinde, ipsam possessionem, quam physicè quidem, at non juridicè amisit spoliatus, horum interdictorum causam efficientem esse, paritas in actione pauliana, ad quam dolus requi-

ritur, non tamen semper personalis sed & realis est, per text. express. in §. *Inst. de act.* Intas: E. spoliato, quæ aliquorum est sententia, interdictum uti possidetis competet. Resp. *Nego*, verum ad hoc possessio *physicè* retenta; sed turbata requiritur, alioqui nulla has inter species daretur differentia vid. Hopp. pag. 981. Obs. 3. l. 1. §. 3. ff. *h. t.* per quam omnia interdicta personalia esse videntur. Respondet Hopp. *ad pr. Inst. eod.*

Not. 2. Divisionem & differentiam possessorii ordinarii & summarii seu summarissimi, quæ synonyma sunt. Possessorium ordinarium est, in quo servato ordine iudiciario de possessione disceptatur. Vid. Gail. L. 1. Obs. 7. Summarium est, in quo de plano oretenus vel brevissimo supplicatu in scriptis proponitur, actorem in præsentanea & recentiori possessione constitutum, à Reo verò turbatum esse, annexo petito, ut per decretum seu mandatum de non turbando in possessione præsentanea tamdiu manuteneatur, donec in possessorio ordinario vel petitorio aliud evicerit. Fusiùs Lauterb. *in Colleg. hic.* Nota insuper, processum summarium, prout petitorio æque ac possessorio communis est, *ab extrinseco* ita dici, quem tres causæ constituunt, scil. 1. pia 2. publica & 3. quæ moram non patitur. Stryck. *ad Compend. Lauterb. tit. de edend.*

pro qua  
judicia po  
rum bono

(a) Quo  
petit bono  
tile ei, cui  
adversus eu  
det, ut reru  
§. 3. *Inst. h.*  
exponit, qu  
concipiendu  
lasser die  
seines Tod  
contra pessim  
questionirt  
lich zugesta  
reditorio de  
bescheiden



(o) 20 29

pro qua *Quinque* prodita sunt remedia seu  
judicia possessoria. 1) Interdictum - *quo-*  
*rum bonorum (a)*

D 3

2)

---

(a) Quod duplex est, *Directum & utile*. Illud com-  
petit bonorum possessori (h. e. cui per jus prætorium, *u-*  
*tile* ei, cui per textum juris civilis defertur hæreditas)  
adversus eum, qui pro hærede vel pro possessore possi-  
det, ut rerum hæreditariarum possessionem consequatur,  
S. 3. *Inst. h. tit.* Ibi Hopp. qui prolixius rem hanc  
exponit, quorsum me refero. Cæterum petitum libelli  
concipiendum hoc modo. Wann dann nun der Erb-  
lasser die quæstionirte Länderey bis auff die Zeit  
seines Todts in würcklichem Besiz gehabt, zc. e-  
contra pessimè sic concluderetur: Wann dann nun die  
quæstionirte Länderey dem Erblasser eigenthumb-  
lich zugestanden, und von ihme auff mich Jure hæ-  
reditario devolvirt worden, als bitte dahin zu ver-  
bescheiden, daß zc.

(o)

2) Remedium *L. fin. C. de edict. D. Hadriani toll.* (b)

3)

(b) Quod est remedium possessorium, quo hæres scriptus petit se vi testamenti exhibiti, vitio visibili carentis, in possessionem rerum hæreditariarum mitti. Excludunt ergo hoc remedium 1) vitium visibile, quod est, quod statim in oculos incurrit, exque solâ inspectione cognosci potest, v. g. rasura, deletio, incisio substantialis, aliave testamenti corruptio, v. g. imperfectus testium numerus &c. Insuper nec substantia testamenti sit vitiosa sc. quoad hæredis institutionem. Lauterb. *in Colleg. ad tit. quor. bonor.* vitium vero *non visibile* nec proinde missionem ex hac *l.* impediens hîc dicitur, quod ex inspectione haud apparet, sed *Judicis alteriusve Jurisperiti intellectu* percipitur. v. g. Si testamentum dicatur esse falsum, irritum vel inofficiosum, vel negetur, testatorem habuisse testamenti factionem &c.

2) Legitima contradictio. Dicitur autem hîc legitimus *Contradictor* (a) qui legitimè possidet bona, in quæ immitti petit hæres. v. g. erat cum defuncto simultaneè investitus, idem erit (b) etsi non possideat; in continenti tamen qualitatem bonorum v. g. feudi, fideicommissi &c. ad se devoluti docere valet. De fideicom-

3) Quod  
num (c)

commisario  
& de feudo  
rem à marit  
docet, non  
Quid de filio  
stor si hære  
redationis  
bonor. S. 3.

(b) Quod  
hæreditariar  
privatâ au  
pararum acq  
res deducere  
reditaria solv  
que Comme

(c) Quo  
lonum, ad p  
um pro futu  
pothecataru  
ff. de Salvo  
se, quia n  
prædium ru

(o) 20

31

3) *Quod legatorum* (b) 4) *Salvia-*  
*num* (c) 5)

---

commissario tamen negat Fachin. *L. 3. Consil. 91.* Sicut & de feudo hæreditario Brunnem. *ad d. l. f.* ubi uxorem à marito institutam etiam in tale feudum immitti docet, non obstante contradictione proximi agnati. Quid de filio exhæredato, *an erit legitimus contradictor si hæres institutus non probet veram esse exhæredationis causam?* Affirm. Stryck. *Us. mod. tit. quor. bonor. §. 3.* ubi 2. præjudicia adducit.

(b) Quod competit hæredi ad possessionem rerum hæreditariarum ab aliis legati vel fideicommissi nomine, *privatâ auctoritate*, citra hæredis voluntatem, occupatarum acquirendam, cum in finem, ut quartam hæres deducere aliudve interesse curare v. g. debita hæreditaria solvere valeat. Vid. *tit. ff. quod legator.* ibique Commentar.

(c) Quod datur locatori prædii rustici, adversus colonum, ad possessionem rerum illatarum in tale prædium pro futuro locario & deterioratione NB. *expressè* hypothecatarum consequendam §. 3. *Inst. de interd. l. 1. ff. de Salv. interd.* ibique Commentar. dixi *expressè*, quia hac expressa conventionem cessante, illata in prædium rusticum non obligantur locatori, quod fe-

(o)

5) *Quasi seu utile Salvianum.* (d)

II.

cus est in prædio urbano. Ratio dispar. est, quia *illi* sua in fructibus data securitas, utpote *tacite* eum in finem obligatis &c. vid. Hopp. *ad S. 7. Inst. de act.* qui in Uf. hod. subjungit, de praxi etiam illata in præd. rustic. æquè ac illata in præd. urb. *tacite* obligata esse all. Mev. *p. 4. D. 127.*

(d) Quod locatori prædii urbani ad rerum illatarum tacite hypothecatarum sicut & omnibus aliis creditoribus datur, ad rerum sive tacite sive expresse sive generaliter sive specialiter sive judicialiter sive extrajudicialiter &c. obligatarum possessionem consequendam, vid. Hopp. *ad S. 3. Inst. de interd.* ubi & tradit, quomodo in effectu differant hæc duo interdicta ab actionibus *serviana* & *quasi serviana*, quibus correspondent, *d. supra.* Peritum libelli sic formari solet. Als gelanget ic. mir wider den mehrbesagten N. mandatum pœnale de dimittendo hypothecam S. C. (Darinnen demselben bey einer nahmbhafften Geldstraff gebotten werde, Das verschriebene Unterpfind an mich würcklich abzutretten, einzuraumen, nutzen, niessen, auch vereusseren zu lassen, so lang und viel, bis ich wegen deren eingeklagten vieljährigen vertagt-unbezahlt

II. RE

tis, hocqu  
& quidenzahlt ausste  
nen, sammt  
kommentli  
richterlich  
& Hoffman(e) Inter  
agimus ad p  
conservanda(f) Quod  
fessione sua r  
tem seu posse  
batione defi  
quod interest(g) Quo  
jurium real  
lis similia  
galis, juris

II. RETINENDA (e) pro qua compe-  
tunt I. Interdictum *uti posside-  
tis*, hocque vel I) *directum* (f) vel *utile*  
& quidem vel *imo sensu* (g)

E vel

---

zahlt ausständigen wie auch hinfünfftigen pensio-  
nen, sammt verursachten Kosten und Schaden voll-  
kommenlich vergnügt und bezahlt worden) mild-  
richterlich zu erkennen und mitzutheilen vid. Blum.  
& Hoffmann in suis Supplicat. Cameral.

(e) Interdicta retinendæ possessionis sunt, quibus  
agimus ad possessionem vel quasi, in qua turbamur,  
conservandam &c. vid. Comment. *hic*.

(f) Quod datur possessori rerum immobilium in pos-  
sessione sua turbato adversus quocunque modo turban-  
tem seu possessionis usum impredientem ad id, ut à tur-  
batione desistat, deque eo caveat, & præstet simul  
quod interest. vid. Hopp. *hic*

(g) Quod quasi possessori rerum incorporalium seu  
jurium realium (sivè sint servitutes propriæ sivè jura il-  
lis similia) v. g. juris venandi, jurisdictionis, vecti-  
galis, juris conjugalis decimandi &c. si turbetur, ac-  
com-

Vel 2do sensu, quod utilibus dominis, puta emphyteutæ, vasallo & superficiario competit. & II. Interdictum *utrubi*. quod in rebus mobilibus obtinet, & proinde abjecto tenus solum differt ab interdicto *uti possidetis*. III.

commodatur ad id, &c. *ut supra*. Libellus ita concipi potest: Er müsse wider Cajum, klagend vorstellen, welcher gestalten sich selbiger unterfangen, als er lezthin die Sommerfelder mit seinen Schaffen, durch seinen Schäffer betreiben lassen, den Schäffer in arrest nehmen &c. zu lassen; Weilen er nun aber in ruhiger possess. vel quasi der quæst. Trieffts-gerechtigkeit nicht nur von 20. und mehrern Jahren her würcklich constituirr, anebst auch solche als ein Petinenz-Stuck zu seinem Ritterguth, docente adjuncto sub. lit. A. miterkauft, auch dieselbe specialiter mit in Anschlag gebracht worden, welches letzteres er jedoch pro coloranda possessione lediglich angeführet haben wolte &c. Als &c. Dahin zu verbescheiden, daß Kläger in der possess. vel quasi der quæst. Triefft auff besagten Sommerfeldern so lang zu schützen

III. R

I. Interd

rectum.

gen sene  
ausgeföhre  
forderfamt

Turbation

beygeboge

zu ersehen

plus turban

würckl. 2c.

(b) Inter

gimus ad po

lento modo

(i) Quo

mobiliu vi

cunque, ad

& interelle r

& tot. tit. ff

(k) Quo

um seu juriu

ris conjugali

talium, si ab

clusis ac proh

35

2 ( 0 ) 20

### III. RECUPERANDA, (b) pro qua 5. remedia prodita sunt, nempe

I. Interdictum UNDE VI. idque vel 1) *directum*. (i) vel 2) *utile imo sensu*. (k) 3)

zen seye, bis Beklagter in petitorio ein anderes ausgeföhret, auch dieser die abgepfändete Schaffe fordersambst zu restituiren, und den durch beschehene Turbation causirten Schaden, so sich laut sub. lit. B. bengebogener Specification auff 100. fl. betraget, zu ersetzen, wie weniger nicht cautionem de non amplius turbando zu stellen, schuldig seye, auch also würckl. *rc. idque refusis expensis. desuper &c.*

(b) Interdicta recuperandæ possess. sunt, quibus agimus ad possessionem vel quasi semel habitam & violento modo amissam recuperandam. LL. & DD. *hic.*

(i) Quod competit ei, qui de possessione rerum immobilium vi dejectus est, adversus dejicientem qualem cunque, *ad id*, ut possessionem una cum omni causa & interesse restituat, §. 6. *Inst. de interd.* ibique Hopp. & *tot. tit. ff. de vi & vi arm.*

(k) Quod datur *quasi-possessori* rerum incorporali-um seu jurium v. g. jurisdictionis, juris patronatûs, juris conjugalis &c. itemque omnium servitutum proprietarium, si ab exercitio ejusmodi juris violento modo exclusus ac prohibitus est. E 2

3) *Utile*, 2do sensu, quod domino utili scil. emphyteutæ, vasallo & superficiario competit. (l)

II. REMEDIUM *Can. Redintegranda causâ 3. Q. 1. (m)*

III.

(l) Etiam adversus dominum directum, si ab hoc de possessione fundi emphyteutici &c. vi dejecti fuerint, arg. rei vindicationis utilis hinc etiam contra directum dominum competentis vid. Compend. Lauterb. *ad tit. si ager vectig. pag. 123. vers. 1.*

(m) Quod datur omni illi, qui possessione cujuscunque rei tam mobilis scil. quàm immobilis, corporalis & incorporalis seu juris, injustè est privatus, *adversus* quemcunque illius rei possessorem, *ad id*, ut res ablata restituatur una cum fructibus tam perceptis quàm percipiendis, omnique damno & expensis Mynsing. *C. 4. O 12. An autem contra tertium bona fidei possessorem dabitur?* affirmat hoc Myns. *C. 3. O. 85. Mev. p. 4. D. 69. § p. 8. D. 382. § seq. Stryck. de act. forens. Sect. 2. m. 2. §. 22.* Sed contrariam sententiam æquitati & justitiæ magis consentaneam credit, Gail, *L. 2. O. 75. n. 11.* idque propter

III. Ren  
spol. (n)  
IV. Int  
CLAM. (

pter c. sape. 1  
stra Pontifex  
de dicendum  
per d. c. sape.  
gendam esse.  
rem sententiam  
media esse, Au  
(n) Quod d  
spolii conscium  
(o) Quod d  
vi aut clam fac  
tit. ff. quod vi  
nunciatio ad F  
tùm opera per  
21. §. 3. ff. de  
um confugien  
nem. ad d. l. 1



(o) 20

37

III. Remedium c. *sæpe. 18. X. de restit.*

*spol. (n)*

IV. Interdictum QUOD VI AUT CLAM. (o)

E 3

V.

---

pter c. *sæpe. 18. X. de restit. spoliat.* in quo alioqui frustra Pontifex *mala fidei* mentionem fecisset; ut proinde dicendum sit, generalitatem *d. can. redintegranda.* per *d. c. sæpe.* ad tertium *mala fidei* possessorem restringendam esse. Verùm quidquid sit de jure, praxi priorē sententiam receptam ac proinde duo distincta remedia esse, Authores supra alleg. asserunt.

(n) Quod contra tertium *mala fidei* possessorem seu spoliū conscium datur, *dd. AA.*

(o) Quod datur illi, cujus interest, ad opus in re solvi aut clam factum restituendum seu destruendum. *tot. tit. ff. quod vi aut clam.* Ratio, quia, cū novi operis nunciatio ad præterita haudquaquam sed *futura* tantum opera pertineat per tex. disertissimos *in l. 1. §. 1. L. 21. §. 3. ff. de N. O. N.* ad interdictum hoc restitutorium confugiendum erit, Gail. *L. 1. O. 16. n. 16.* Brunnem. ad *d. l. 1.* Carpz. *L. 2. Resp. 6. n. 10.* fusè & eleganter

(o)

V. Remedium L. *Siquis in tantum* 7.  
unde vi. (p)

VI. Pœna L. *Julia* C. de vi privata, (q)  
aut

eleganter Harpr. Resp. 80. n. 469. ubi addit, quod, si vitium clandestinitatis aut violentiæ probari nequeat, nullum damnificato remedium suppetat. Quæ cum quotidiana sint, indicare hîc collibuit.

(p) Vi cuius, si quis *rei alienæ* possessionem per vim auferat aut invadat, eandem rem restituere & simul æstimationem præstare debet, si verò *rei propriæ*, ejus dominio privatur, quod transfertur in eum, cui vis illata. add. *pr. Inst. de vi bon. rapt.* ibique Hopp, qui hanc juris constitutionem adhuc praxi observari statuit. Sed, si hoc verum est, quomodo victo in interdicto unde vi *petitorium* superesse poterit; id quod tamen quotidianum est?

(q) Quæ est crimen publicum, quod leviori committitur violentia, ita ut quies publica non tam graviter lædatur §. 8. *J. de publ. jud.* quinam in hoc delictum incidant, exemplificatur in *l. 1. l. 2. & seq. ff. l. 1. l. 3. l. 4. l. 5. C. ad L. Jul. de vi priv.* Pœna est confiscatio tertiæ partis bonorum cum infamia. *d. §. 8. J.* Hodie arbitraria, *Carpz. P. Cr. q. 40. n. 7.*


aut de vi pu  
(r) Quæ e  
ritas publica  
ut plurimum  
*J. de interd.*  
verit, *stevent*  
*geschlagen*, c  
que receptacu  
*Wann der C*  
Pœna est aqu  
*Jul. de vi pa*  
quæ tamen ad  
admissi crimini  
est, *Carpz. d. 40.*  
Hic reliqua in  
*tab. exhibendis tit.*  
*publicis. 3) Ne qui*  
*De via publica 6)*  
*fluminib. &c. 9)*  
*blico navigare lice*  
*exhib. 13) De libe*  
*eorum loco, Judic*  
*quæ eod. L. 43. tit.*  
*De itinere actûque*  
*6) De fonte. 7)*  
*is serviutit us ac*  
*possunt servitutes,*  
*systema nostrum refe*

aut de vi publica. r]

(r) Quæ est crimen publicum, quo dolo malo securitas publica per atrociorē violentiam læditur, quod ut plurimum contingit, si fiat armis, *d. §. 8. § 6. in fin. J. de interd.* ut si securitatem domesticam quis turbaverit, **freventlicher Weiß Thüren oder Fenster eingeschlagen**, cum domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum esse debeat, *l. 18. ff. de in jus voc. Wann der Stadt oder Hauß-Frieden gebrochen.* Pœna est aquæ & ignis interdictio *l. 10. §. 2. ff. ad L. jul. de vi publ.* vel deportatio *§. 8. J. de publ. iud.* quæ tamen ad pœnam capitis extenditur, pro gravitate admissi criminis *l. 11. pr. eod.* Hodie itidem arbitraria est, *Carpz. d. q. 40. n. 7. § seqq.*

Hic reliquæ interdictorum species percurri possunt, uti 1) *De tab. exhibendis tit. 5.* 2) *Ne quid in loco sacro fiat. De locis & itinerib. publicis.* 3) *Ne quid in loco publico &c.* 4) *De loco publico fruendo.* 5) *De via publica* 6) *De via publica & itinere publico reficiendo.* 8) *De fluminib. &c.* 9) *Ne quid in fluminib. &c.* 9) *Ne quid in flumine publico navigare liceat.* 11) *De ripa munienda.* 12) *De homine libero exhib.* 13) *De liber. exhib.* Quæ tamen parùm usûs habent aut eorum loco, Judicis officium nobile implorabitur. Reliqua vero, quæ eod. *L. 43. tit. 18. § seqq.* habentur, uti 1) *De superficieb.* 2) *De itinere actuque privato.* 3) *De aqua quotid. & astiv.* 5) *De Rivis.* 6) *De fonte.* 7) *De Cloacis.* 8) *De arbor. cadend. &c.* itemque de aliis servitutibus ac juribus prædiorum infinitis (tot enim constitui possunt servitutes, quot jura prædiis nostris utilia) ad præmissum *Systema nostrum* referenda sunt.

PARS



## PARS II. DE JURE AD REM

### §. I.

*Systema conventionum sistens.*

- I. POLLICITATIO. (a)**  
**II. CONVENTIO. (b)**  
**III. PACTUM NUDUM. (c)**

IV.

(a) Quæ est, *promissio ab altero non acceptata*, quæ nullam, ne in foro quidem interno, obligationem producit. Zoës. *X. de pact. n. 3.* Casus duo sunt excepti, qui vid. apud Hopp. *ad pr. Inst. de oblig.* quod si verò acceptata fuerit, est

(b) Conventio, quæ est, *duorum vel plurium in idem placitum consensus, de aliquo sibi prestando* l. 1. §. 2. & 3. ff. *de pact.* Hic non prætereundus insignis error, quem Hopp. in distinguendo Conventio-  
nem à pacto in genere, commisit, cum sint termini merè convertibiles, Hæc conventio est vel *pactum nudum*,

(c) Quod est, *conventio sine actione*, licet gemi-  
na-

IV. PAC  
cie, seu ve

natum fuerit, t  
stitutum? Re. I  
tra stipulatione  
l. 14. §. fin. Et  
que Gothofr. p  
naturam pacti  
tur manifestius  
cedat, nihiloma  
libert. cum tar  
catis seu legit  
hic effectus vel  
siquidem est in  
jurej. Hopp. a  
(d) Quod est  
sibi non coata  
men vel per ass  
ctu hoc pactur  
qui per hoc d  
acceperit, sed

## IV. PACTUM LEGITIMUM in specie, seu vestitum (d)

V.

natum fuerit, sed *Dices: ane hoc casu non erit Constitutum?* R. neququam hoc quippe est promissio, citra stipulationem facta, cum reflexione ad prius debitum *l. 14. §. fin. & l. seq. ff. de pec. const. l. 9. §. fin.* ibique Gothofr. *ff. de O & A.* Pactum verò geminatum naturam pacti *nudi* haud amittit, quod exinde redditur manifestius, quod, licet nudo pacto iuramentum accedat, nihilomagus actionem producat. *Arg. l. 7. ff. de oper. libert.* cum tamen, si causa oriundæ obligationis efficacis seu *legitimæ*, in *geminacione* statuenda foret, hic effectus vel maximè iuramento tribuenda esset, hoc siquidem est indicium enixæ voluntatis *arg. c. 9. X. de jurej.* Hopp. *ad §. 4. Inst. de fidejussor.*

(d) Quod est, *conventio producens actionem sed sibi non coartaneam.* Errant, qui vel per *speciale nomen* vel per *assistenciam legis extrinsecam*, à contractu hoc pactum distinguere sustinent. Propiùs accedunt, qui per hoc distinguunt, quod ex *lege nova* actionem acceperit, sed nec hi satis bene, cum nemini dubium

F

sit,

V. CONTRACTUS in genere, (e)  
 VI. CONTRACTUS nominatus. (f)  
 VII. CONTRACTUS innominatus. (g)  
 & denique VIII. QUASI CONTRA-  
 CTUS. (h)

§. II.

fit, quin Justinianus pari modo, quo pactum tale legitimum effecit, & contractum aliquem verum & nominatum *novâ lege* constituere potuerit, ceu hoc admittunt in donatione propter nuptias vid. Hopp. ad §. 3. *Inst. de donat. in fin.* & confer. omn. *Colleg. nr. polem. pag. 206.*

(e) Qui est, *conventio producens actionem sibi coævam eâmqve vel nominatam vel innominatam.*

(f) Qui est, *conventio producens actionem sibi coævam nominatam.* vid. *Colleg. nr. polem. cit. loc.*

(g) Qui est, *conventio producens actionem sibi coævam, innominatam seu præscriptis verbis.*

(h) Qui est, *conventio ficta, seu ex consensu ficto nominatam producens actionem.* Dixi: *ficto*, non *presumpto*, ut plerique scribunt, quia hac ratione

ne

DE CO  
 & imo qui  
 species sunt  
 Dotis pro  
 Promissio

ne à tacito co  
 sensu, ex  
 nem efficacem  
 ad eund. tit. p  
 quod hic cessat  
 prudenti ratione  
 trariam voluntar

(1) Quæ est, m  
 Actio exinde co  
 C. de donat. cæ

(2) Unde co  
 confer. tit. de j

(3) Unde a  
 vid. Hopp. ad

(4) Seu duor

## §. II.

DE CONVENTIONIBUS in specie,  
& imo quidem *Pacti legitimi seu vestiti*  
species sunt (1) Donatio inter vivos (2)  
Dotis promissio (3) Constitutum (4)  
Promissio nautici fœnoris.

(5)

ne à *tacito contractu* non distingueretur, qui unice  
consensu, ex facto honesto *presumpto* obligatio-  
nem efficacem producit vid. *l. 18. ff. mand. & Hopp.*  
*ad eund. tit. pr.* Præsumptio quippe cedit veritati,  
quod hîc cessat, licet enim absens, cujus negotium  
prudenti ratione susceptum gestumque est, redux con-  
trariam voluntatem declararet, tamen &c. *vid. infr.*

(1) Quæ est, mera *liberalitas nullo jure cogente facta*,  
Actio exinde competens vocatur *condictio ex L. 35.*  
*C. de donat.* cæterum confer. hîc Hopp. ad. *d. tit.*

(2) Unde *condictio ex L. 6. C. de dot. promiss.*  
confer. *tit. de jure dot. & pact. dotal. & seqq.*

(3) Unde *actio in factum de constituta pecunia.*  
vid. Hopp. ad *§. 9. Inst. de act.*

(4) Seu duodecim pro centum facta illi, qui credi-

- (5) Pactum constitutivum hypothecæ.  
 (6) Juramentum voluntarium. (7) Jurata promissio operarum fabrilium à liberto facta Patrono.

§. III.

dit in negotiationem maritimam, suscepto in se periculo fortis. inde datur *condictio ex l. 5. ff. de naut. fæn.* qui tit. conferri potest.

(5) Unde *actio serviana* & *quasi serviana* vid. supra PIGNUS. Obst. hæc actio est realis, E. ex tali pacto &c. quia aliàs *prætoria in factum de constit. hypothec.* vocanda esset. de qua subtilitate vid. *Coll. nr. Polem. p. 209 & 311.*

(6) Quod nim. pars parti defert extra iudicium pro causæ controversæ decisione, ubi deferens promittere censetur, se præstiturum, quod juramento asseverabitur, inde datur *actio in fact. ex jurejurando*, vid. §. II. *Inst. de act.* ibique Hopp. *Conf. T. de jurej.*

(7) Unde *condictio ex l. 7. de oper. libert.* unde infertur, quod juramentum promissorium extra hos duos casus, non sit nisi *nudum pactum*.

(a)

DE C  
qui sunt,  
& consen

I. Realit

I. Mutu

(a) Ita dict  
requiratur, sed  
sensu perfecti f

(b) Quod e  
lis ita alicui d  
tis & qualita  
ductio certi ex  
hic & tit. ff.

Not. (1) D  
Beschreibun  
jährlicher G  
Polit. de ann.  
mer x, unde  
vito venditor



DE CONTRACTIBUS nominatis,  
qui sunt, *Reales, Verbales, Literales*  
& *consensuales.*

I. **RE**alium (a) sunt quatuor;

I. **M**utuum. (b)

(a) Ita dicti, quod ad eorum substantiam *traditio* requiratur, secus ac in consensualibus, qui ex nudo consensu perfecti sunt. vid. Hopp. *hic.*

(b) Quod est, *contractus realis, quo res fungibilis ita alicui datur, ut tantundem ejusdem bonitatis & qualitatis suo tempore reddat.* inde datur *conductio certi ex mutuo* vel *actio mutui.* confer Hopp. *hic & tit. ff. de Scto Maced.*

Not. (1) Differt à censu personali, *Einer Guld Verschreibung, da mit 100. fl. Hauptgelds 5. fl. jährlicher Guldten gefaußt werden.* Ordin. Imp. Polit. de ann. 1548. §. 8. quia in hoc non est *sors* sed *merx*, unde emptor seu in dato casu, dans 100. fl. invito venditore seu *quasi debitore*, summam datam re-

## II. COMMODATUM (c)

III.

nunciare & repetere nequit. d. Ord. pol. §. 8. ibi. Die  
 Loskündigung der Güld Verschreibung soll bey  
 dem Verkaufser und nicht bey dem Kauffer ste-  
 hen. Quodsi autem census personalis sit utrinque re-  
 dimibilis non video, quo juris fundamento is à mutuo  
 distingui possit, diss. Zoes. *ad tit. de usur. n. 22.*

Not. (2) Differt etiam à quasi-usufructu, quia ex  
 hujus natura usufructuarius alternativè obligatur, vel ad  
 rem ejusdem generis vel ejusdem æstimationem, finito  
 eo, præstandam. Plures differ. vid. apud Hopp. aliosque  
 comment. *ad §. 2. Inst. de usufr.*

Not. (3) recolendum hîc *tit. ff. de usur.*

(c) *Quo res non fungibilis gratis utenda ita tra-*  
*ditur, ut finito usu eadem species restituatur §. 2.*  
*Inst. hoc tit.* Differt (1) ab *usufructu*, quia hic  
 est servitus personalis, proinde usufructuarius jus *in re*  
 ac omnia remedia realia habet, commodatarius vero  
 tantum jus ad rem. Aliæ differentix per se patent. (2) à  
 Feudo etiam franco quia & hoc jus reale tribuit, vide  
 supra. (3) à *Precario*, quia in hoc non est determina-  
 tus usus, sed ad nutum concedentis revocabilis secus, ac  
 in

III.D

in commod  
 commodant  
 differt à me  
 tis relictum,  
 (3) promissu  
 cato, &c.

recta & con

(d) Quo

rem mobilem

quandocunq

cie restituat.

immobilis con

de P. V. Rati

cipaliter admi

in commenda

per accidens ob

tum. vid. con

est, rei litig

Et l. 6 §. 1 de

quod decreto

tit. d. cog. &

### III. DEPOSITUM. (d)

#### IV.

in commodato. (4) à *locatione conductione*, tametsi commodanti *honorarium* promissum sit, hoc quippe differt à *mercede* (1) quod vel discretioni promittentis relictum, vel (2) labori non proportionatum, vel (3) promissum sit pro opera non-locabili. uti in Advocato, &c. Ex hoc contractu duplex nascitur actio, directa & contraria vid Hopp. *hic*.

(d) Quod est, *contractus realis*, quo quis alteri rem mobilem, ita gratis custodiendam tradit, ut, *quandocumque deponenti placuerit, eandem in specie restituat*. S. 3. *Inst. hic dixi: mobilem*. Si enim res immobilis commendatur, mandatum est l. 5. S. 4. ff. *de P. V.* Ratio hujus, quia eo ipso simul & æquè principaliter *administratio* committeretur, quod secus est in commendato *rei mobilis*, ubi administratio demum per accidens obtinet. Dividitur in *expressum & tacitum*. vid. comment. *hic*. Affine est *Sequestrum*, quod est, *rei litigiosa quæ talis depositio* vid. l. 5. S. 1. § 2. & l. 6 § 1 *depos.* Divid. in *Necessarium* seu *judiciale*, quod decreto Judicis imponitur l. 7. S. *fin ff. qui satisd. cog.* & *Voluntarium* seu *extrajudiciale*, quo con-

( o )

## IV. PIGNUS.

II.

consensu collitigantium res litigiosa custodienda traditur tertio. Actiones ex hoc æquè ac ex deposito proprio nascuntur *directa & contraria* cum addito: *siquestraria*. vid. commentor. *hic*.

4) Quod hîc est, *contractus re initus*, quo *Creditori res ita traditur in securitatem crediti, ut soluto debito eadem in specie restituatur. §. fin. J. h.* Not. Pignus hoc modo contractum, licet principaliter commodum debitoris respiciat, traditum tamen æquè ac hypotheca solo pacto sine traditione constituta, *jus in re* tribuit, vid. supra §. 2. exindéque, si possessio amissa, actio *Serviana & quasi Serviana* competit. Ast hîc pignus non pro jure in re accipitur; sed pro contractu, quo jus in re in simul constituitur, non tamen semper vid. Hopp. *hic pag. 611.* Huc pertinet 1) *Pactum antichreticum*. vid. *Comp. Lauterb. ad tit. de pign. act.* respectu cujus tamen interdum reductioni fit locus, ita, ut non modo fors absorbeatur, sed insuper creditor satisfacere debitori teneatur, vid. elegantissimè rationem calculandi apud Stryck *U. M. eod. tit. §. 8.* nuper in Colleg. Fac. nræ in causa N. Roelen zu *Eickenscheid*  
&c.

II. VER  
nim. Stip

&c. ita pron  
reductione  
men und ju  
missorium, v  
ubi lex novi  
pro objecto  
possit. Car  
ctiones vid. ap

(a) Qui ef  
alterius inter  
respondendo a  
contractus lice  
ctum nudum  
tit. hic & in ff  
potius sequens  
tis & conve  
adhuc hodie  
ntilia ac scitu  
missione pura

## II. VERBALIUM jure novo unicus; nim. *Stipulatio* (a) sub eaque contenta

---

&c. ita pronunc. ! Daß Appellat mit appellanten die reduction's Rechnung coram Commissario vorzuneh-  
men und zu pflegen, schuldig. 2) *Pactum com-  
missorium*, vid. *l. fin. C. de pact. pign.* in qua Casus,  
ubi lex novi juris constitutiva simul actum præteritum  
pro objecto habet, quod cæteroqui paradoxum videri  
possit. Cæterum, quæ ex hoc contractu nascuntur a-  
ctiones vid. apud Hopp. *hic*.

(a) Qui est, *contractus unilateralis, quo quis ad  
alterius interrogationem congruè & in continenti  
respondendo ad præstandum aliquid obligatur.* Hic  
contractus licet qua talis *hodie* sit superfluous, cum pa-  
ctum nudum ejusdem sit efficaciar, neutiquam tamen  
tit. *hic & in ff. de verb. oblig. cum seqq.* est negligendus,  
potius sequens Regula probè notanda: *quacunque pa-  
ctis & conventionibus applicari possunt, eximium  
adhuc hodie usum obtinent.* Plurima quippe maximè  
utilia ac scitu necessaria inibi continentur, utpote, de pro-  
missione *pura & conditionata*, de conventionione *valida*

& *invalida* idque vel ratione *causæ efficientis*, vel *materialis* eo quod turpitudinem contineat &c. Item *forma* utpote si *error* subsit, *causa* debendi desit, qui defectus excepto Cambio vid. *infra*: annullat omnem promissionem *c. 14. x. de fid. instrum. & l. 25. §. fin. de prob.* Carpz *p. 1. c. 16. d. 39.* an & quatenus Tertius obligari, aut illi jus petendi acquiri valeat: denique de obligatione *correali* &c.

Huc referri potest 1) Sponsio, *Wettung*. Sic dicta, quod, cum de jure Rom. ex nudo pacto non detur actio, per interrogationem: *Spondesne. &c.* & responsionem: *spondeo.* iniretur. Requisita sunt. (1) ejus objectum sit *honestum*. (2) utrinque *incertum*, aut cautela adhibeatur, ut scientia indicetur, ineatürque sponsio de amittendo in pœnam pertinaciæ, quod promissum. Sicut & illa generaliter utilis est cautela, ut promissum utrinque penes Tertium deponatur *v. l. 17. de P. V.*

2) Cambium, *trassatum* scil. seu *negotiatum*. Ein *Wechsel*, so auff einen dritten Orth ausgestellt wird. Ubi quatuor personæ interveniunt, 1) *Trassans*, ist derjenige, so auff den *Trassatum*, (so auch *acceptant*, &c, *Bezogener* genannt wird) am dritten Orth den *Wechsel-Brieff* ausstellt. Sic ergo jam habemus duas personas. 3) *Remittent*, (wird auch *Geber* gen.: so den *Wechsel-Brieff* empfängt (erhan-

handelt) u  
4) Präsent  
ihm gestellt  
zeigt, und  
pfängt. E  
filio meo S  
100. fl. trans  
(Trassantem)  
cambiales di  
catorem Vie  
mula literaru

Maym  
Auff Sicht  
nen prima  
Severin Ci  
von Hrn  
gute Zahl  
advis. G  
An S  
ju S

Ex quo n  
bit Hopp. b

handelt) umb auff den dritten Orth zu schicken. 52  
4) Präsentant, ist derjenige, so dem Trassato den auff  
ihn gestellten Wechsel-Brieff in loco solutionis vor-  
zeigt, und davon acceptation und Zahlung emp-  
pfängt. Exempl. Ego *Lucianus* (*Remittens*) volo  
filio meo *Severino* (*Präsentanti*) Viennæ agenti  
100. fl. transmittere, accedo hîc Moguntix *Simeonem*  
(*Trassantem*) cui solvo 100. fl. erga quos accipio literas  
cambiales directas in *Hilarium* (*Acceptantem*) mer-  
catorem Viennensem, easque mitto meo filio. For-  
mula literarum.

Maynz den I. Julii 1743. 100. fl. current.  
Auff Sicht geliebe dem Herrn gegen diesen mei-  
nen prima Wechsel-Brieff zu bezahlen an Herrn  
Severin Ein Hundert Gulden, den Werth habe  
von Hrn Lucian baar empfangen; der Herr thue  
gute Zahlung und stelle es auff Rechnung, laut  
advis. Gott befohlen.

An Herrn Hilarium  
zu Wien.

Simeon.

Ex quo nunc facile intelliges, quæ de Cambio scri-  
bit Hopp. h. tit. pag. 632.

¶ a) quia per stipulationem de Jure Rom. fieri debet, ut efficax exinde detur actio. Est autem Fidejussor, *qui alienae obligationi mediante stipulatione accedit. tot. tit. Inst. & ff. de fidejussor.* hujus 6. sunt species. 1) *Fidejussor simpliciter* talis, qui manente obligatione principali, mediante stipulatione &c. 2) *Constituens*, qui nudo pacto pro alio intercedit, scil. post jus prætorium vid §. 9. *Inst. de act.* ibique Hopp. 3) *Mandans*, qui nudo consensu verbis vel literis declarato mandat, **giebet die Vollmacht**, alicui, ut suo periculo mutuum v. g. det Titio. 4) *Expromissor*, qui ita accedit obligationi alienæ, ut debitorem principalem liberet ab obligatione respectu creditoris. 5) Fidejussor *Succedaneus*, qui in gratiam primi fidejussoris datur, ne ipsi fidejussio sua futura sit damno aut periculo. v. g. est mihi Francofurti præstanda cautio, ad quam mediante hypothecatione domûs suæ præstandam ut moveatur Titius civis Francofurtensis ipsi do fidejussorem Mevium civem Mogunt. qui fidejussor *succedaneus* est. 6) Fidejussor *Indemnitalis*, qui in gratiam creditoris accedit, ut hic, si à debitore, aut ejus fidejussoribus suum consequi non possit, ad residuum præstandum tunc convenire queat fidejussorem indemnitalis. Hopp. *hic*. NB. hic non est con-

confidejussor,  
solidum; fide  
solidum seu id  
fidejussoribus  
veniri potest  
novo, quia  
Hopp. ad pr.  
dem. non nil  
tor perfectè co  
de excusis his  
rem indemnita  
pensione compe  
creditori ad  
ff. ad SC. Velle  
Notandum h  
28. ff. de fidejuss  
excutiendi debi  
tor provocari p  
instituat suam  
adhuc est solver  
opponi audiat  
posita liberat f  
lis non solvend  
Cim. zum Civ  
practicam diluc  
hanc & provocat  
ad tit. de injur.



confidejissor, quia 1) plures fidejussores tenentur in solidum; fidejissor, verò *Indemnitas* tantum in subsidium seu id, quod creditori, excusso debitore & ejus fidejissoribus, adhuc deest. 2) Fidejissor simplex conveniri potest ante debitorem principalem, etiam jure novo, quia exceptio *ordinis*, exceptio juris est. vid. Hopp. ad *pr. Inst. de except.* Econtra fidejissor *indemn.* non nisi conditionatè obligatur, si nimir. creditor perfectè contentari nequeat à debitore &c. Proinde excussis his demum nascitur actio contra fidejissorem indemnitas. Zoës. *h. tit. n. 24.* Actio ex fidejussione competens est *actio ex stipulatu, quae datur creditori adversus fidejissorem &c.* Repet. *hinc tit. ff. ad SC. Vellej.*

Notandum hinc famosum *remedium l. si contendat. 28. ff. de fidejissor.* vi cuius, si creditor in mora fuerit, excutiendi debitorem, cum adhuc solvendo est, creditor provocari potest à fidejessore, ut contra debitorem instituat suam actionem eumque excutiat, dum adhuc est solvendo, aut ut fidejussores conveniat, & sibi opponi audiat exceptionem ordinis, ea enim semel opposita liberat fidejissorem, etsi postea debitor principalis non solvendo fiat. vid. de hac provocatione Ludovici *Cinl. zum Civil-Proceß, ubi toto cap. 6.* materiam hanc practicam dilucidè pertractat ac simul differentiam inter hanc & provocationem ex *l. diffamari* (de qua & *infr. ad tit. de injur.*) tradit.

III. Literalium jure novo unicus, contractus nim. chirographarius. (a)

(a) Qui est contractus, quo quis, qui chirographo se ex mutuo debere confessus est, ex his ipsis literis obligatur & conveniri potest, quamvis pecuniam non acceperit. §. un. Inst. hic. Ex quo nascitur conditio ex chirographo vel actio ex literis: intra biennium tamen inefficax, post verò efficax, nisi probet debitor sibi pecuniam numeratam non esse vid. fusè Colleg. nr. Polem. hic.

Affinis est 1) *Apocha*, contra quam intra 30. dies opponitur exceptio non num. pec. rejiciens onus probandi in debitorem &c. l. 14. §. 2. C. de N. N. P.

2) Cambium commune seu ficcum, *Ein von und auff sich selbst in loco zu zahlen ausgestellter Wechsel-Brieff*. Differt à chirographo, quia huic causa debendi inferenda c. 14. X. de fid. instrum. l. 25. §. fin. de prob. Formula talis est.

Maynz den I. Julii 1743. 1000. fl. Münz.

A dato Sechs Monath zahle ich gegen diesen meinen sola Wechselbrieff an Hrn Florian oder Ordre die Summam von Ein Tausend Gulden, valuta contento. Verspreche gute Zahlung. Gott mit uns.

An mich selbst zu zahlen  
in Maynz.

Cajetanus mpp.  
No-

IV. Co  
1] Emp

Notand. C  
fari endossirt  
collamenti, qu  
Für mich  
Maynz

(1) Quæ est  
co pretio traden  
duplex, empti  
Not. (1) R  
Querela enorm  
tra dimidium la  
rescindatur, est  
(2) Actione  
ris, vide & res  
Comp. Laut. &  
(3) Actio  
(4) Nota  
solita, uti a)

# IV. CONSENSUALIUM sunt 5.

## I] Emptio - Venditio.

Notand. Ein auf Ordre gestellter Wechsel-Brieff kan endossirt oder weiter cedirt werden. Formula Indossamenti, quod literis cambialib. subnectitur, talis est:

**Für mich an die Ordre Luciani, voluta contento,  
Maynz den 8. Julii 1734.**

Florian.

(1) Quæ est; Contractus consensualis de re pro certo pretio tradenda. *l. fin. §. fin. ff. h. t. Actio* exinde duplex, *empti & venditi*, quæ vid. in Hoppio.

Not. (1) Remed. *L. 2. C. de rescind. vend.* aliter *Querela enormis læsionis*, qua petit enormiter seu ultra dimidium læsus, ut læsio refarciatur, vel negotium rescindatur, est hæc actio, *condictio ex lege* scil. *d. l. 2.*

(2) Actiones *affines Redhibitoria & Quanti minoris*, vide & repete *tit. ff. de adilit. edict.* ad eumque *Comp. Laut. & Brunnem. ad tot. tit. de adil. edict.*

(3) Actio ad evictionem, confer. *tit. ff. de evict.*

(4) Notanda pacta famosiora huic contractui adjici solita, uti a) *Addictio in diem*, quæ est pactum,

vi cuius venditori rem venditam alii meliorem conditionem offerenti addicere licet *tot. tit. ff. de in diem addict.* ibique *Comp. Lauterb.* (b) *Lex commissoria*, est pactum, vi cuius, si pretium statuto termino non fuerit solutum, res sit inempta. *tot. tit. de leg. commiss.* ibique *Comm.* (c) *Pactum de retrovendendo* seu *Retractus Conventionalis*, vi cuius licet venditori rem venditam, pretio oblato, vel quodocunque vel intra certum tempus recemere. *l. 2. l. 3. de pact. inter empt. & vend.* de quo ex professo tractat Zoës, *ad ff. tit. de rescind. vendit* Reinking *de Retract.* &c. Tiraquell. *de Retract.* Occasione venditionis

(5) frequentissimus de praxi *Retractus gentilitius* seu *consanguinitatis*, vi cuius proximiori de familia venditoris jus est, rem ab eo venditam retrahendi, vocatur & *jus protimiseos*. de quo itid. Tractatum scripsit Zoës, *d. l.* It. Reinking & Tiraquell. Actio inde est, *personalis in rem scripta*. vid. Hopp, *pag. 861*. Porro.

Not. 6) *Retractus vicinitatis*, vi cuius vicinus rem immobilem extraneo seu forensi venditam potest retrahere. solet & dici *jus congrui*. vid. *Constit. Friderici. Sancimus. & Constit. Cum. V. F. 13. 14. & 15.* Quod tamen non aliter obtinet, quàm quatenus statuto vel consuetudine introductum. conf. Tiraquell. *de Retr. P. 1. §. 1. Gl. 9. n. 26. & 96.* add. Sande *Decis. Fris.*

*Fris. L. 3. tit. 11. quem privileg. scriptus, trac. Brunn, ad l. comia loca s.*

(7) Ratione vendi partem *fit, Frider. C. de commu.*

*L. 3. tit. 11. 7* (8) expediri petat *jus Retra. jur. emphyt. H. censitica ad R. bar p. 2. q. 12.*

(9) pertinet *cessio nominis*, potest tamen & differat à *deleg. mod. toll. obl.*

*SIANA, de c. & act. vend.* (a) Qui est

## 2] Locatio-Conductio, a]

*Fris. L. 3. tit. 5. Def. 9.* Non gaudere autem aliquem privilegiis civitatis, nisi sit in numero civium descriptus, tradit Enenckel *de Privil. l. 1. c. 5. n. 4.* Brunn, *ad l. un. C. non licere habitatorib. Metromicia loca sua ad extran. transferre.* similiter.

(7) Ratione communionis socio competit jus retrahendi partem rei communis extraneo venditam. *d. Constit. Frider. Zoës. d. l. n. 36. in f. Brunnem. ad l. 3. C. de commun. rer. alienat.* Struv. *Jurispr. forens. L. 3. tit. 11. n. 29.* Illud verò

(8) expediti juris est, quod vi domini directi competat *jus Retractus* in re emphiteutica vendita *l. fin. C. de jur. emphyt.* Hopp. pag. 688. quod applicari etiam solet *cenfuitica* ad Richter *decif. 76. n. 60. § 61.* Rauchbar p. 2. q. 12. Struv. *d. l. §. 25.* Huc

(9) pertinet *tit. ff. de heredit. § act. vendita.* seu *cessio nominis*, quæ ut plurimum fit titulo venditionis, potest tamen & ex alia quavis justa causa fieri. Quomodo differat à *delegatione* vid. Hopp. *ad §. 3. Inst. quib. mod. toll. obl.* Hic insuper notanda LEX ANASTASIANA, de qua Comp. Lauterb. *ad d. tit. de hered. § act. vend.*

(a) Qui est, *contractus consensu initus de præ-*

H

stan-

*stando certo usu rei aut prestanda opera persona pro certa mercede.* Not. (1) *Locator* est, qui præstat usum, accepturus mercedem. *Conductor*, qui mercedem soluturus, non distinguendo, inter locationem operis, operarum aut rerum vid. *Strict. nræ ad Hopp.* pag. 271. Not. (2) Regulariter merces consistit in pecunia numerata *pr. J. h. t. L. 5. S. 2. de P. V.* Excipe usum rei fructiferæ, pro quo *certa quantitas* fructuum dari potest. *l. 8. l. 21. C. loc. conduct.* Dixi: *certa quantitas.* Si enim certa pars v. g. tertia vel dimidia fructuum danda (quæ locatio *irregularis* ac conductor, *colonus partiarius* vocatur) contractus innotatus erit, *do, ut facias.* vid. *l. 25. S. 6. ff. h. t. junct. L. 2. § 3. de P. V.*

Exinde duæ nascuntur actiones *locati & conducti* de quib. vid. *Compend. Lauterb.* Quomodo differat à *commodato, usufructu, &c.* vid. supra *de commodato.*

Notanda hîc famosa dispositio *l. congruit. 4. C. de locat. præd. civil. vel fiscal. sive templor.* vi cuius conductor prædii fiscalis, Ecclesiæ aut universitatis idem offerens, quod novus conductor, ex æquitate præferatur. *Carpz. p. 2. c. 37. d. 8. Mev. ad j. Lub. l. 3. tit. 7. n. 4. & plur. cit. ab Espach. ad Carpz. cit. l.*

(a) Qui e  
lis dominio t  
rationis S. 3  
phyt. Diffe  
circa jura iniri  
ratio dispar. qu  
lege fidelitatis  
emphyteutæ ab  
nes ex hoc cor  
vid. Hopp. E  
cura simul tran  
vindictio (y  
si ager vectig  
DD. de emphy  
Not. alienat  
no laudemium  
quagesima pars  
lariter pro fir  
vid. Struv. Syn  
Laudem. C  
Cabella. vid.  
bona emphyte  
supra verb. Do

(o)

### 3] Contractus emphyteuticus. a]

H 2

51

4)

(a) Qui est, *Contr. consens. de utili rei immobili dominio transferendo, sub lege canonis & meliorationis* S. 3. j. *de locat. l. 1. & seq. C. de jur. emphyt.* Differt à contractu feudali, cum hic (1) & circa jura iniri possit, Stryck. *Exam. J. F. c. 2. q. 17.* ratio dispar. quia jura *meliorari* nequeunt &c. (2) *sub lege fidelitatis* inestur. Quomodo ulterius differat *jus emphyteuta* ab aliis vid. supra de *dominio utili*. Actiones ex hoc contractu duæ nascuntur utrinque *directa*, vid. Hopp. Ex jure vero reali, quod traditione subsecuta simul transfertur in emphyteutam, datur *utilis rei vindicatio* (vid. supra *Emphyteusis*) quæ malè *actio, si ager vectigalis*. intitulatur, malè itidem *ad d. tit. DD.* de emphyteusi tractant, quo de aliâ occasione.

Not. alienatâ emphyteusi, novus emphyteuta domino *laudemium* solvere tenetur, quod olim erat quinquagesima pars pretii *l. fin. C. de jur. emph.* Hodie regulariter pro singulis centenis pretii quinque solvuntur. vid. Struv. *Synt. J. Feud. c. 10. aph. 12.* Franzck *Tr. de Laudem. Carpz. p. 2. c. 39. def. 11. seq.* Differt à *Gabella*. vid. Franzck. *d. Tr. c. 5. n. 26.* Quomodo bona emphyteutica differant à bonis *cenfiticis*, vid. *supra* verb. *Dominium.* & Struv. *S. J. F. c. 2. aph. pen. n. 3.*

## 4] Societas. a]

5)

a) Quæ est, *contractus consensualis de re aut p-  
ra conferenda, ut lucrum & damnum inde veniens  
sit inter conferentes commune.* Triplex est. 1) omni-  
um bonorum. 2) bonorum *simpliciter*, & 3) particu-  
laris.

Notand. Quidquid juris est in societate bonorum  
*simpliciter inita*, hoc & juris, est circa ACQUÆSTUM  
CONJUGALEM, *Errungenschaft*. Unde sicut in  
illam omnia & sola veniunt, quæ titulo *oneroso* acqui-  
runtur vid. omn. l. 7. ff. *pro socio*. ibi: *quæ ex questu  
veniunt, hoc est, si quod lucrum exemptione venditio-  
ne, NB. locatione-conductione descendit. add. l. 8. &  
sq. eod. tit.* Actiones exinde nascuntur duæ utrinque  
directæ, quarum definitio vid. apud Hopp. Notandum  
tamen, præter has esse & actionem *pro socio generalem*,  
qua totius societatis, quamdiu constitit, rationes exigun-  
tur, hinc tendit ad societatis dissolutionem, rationes *red-  
dendas*, & lucra communicanda Mynsing. *ad §. 17.  
Inst. de act. n. 68.* Reliqua huc pertinentia repetenda  
in Commentariis *h. t.*

a)

5) M

a) Est co-  
sum gratui-  
s. 4. eod. D.  
gotium datu-  
rale, quod ad  
est, generale  
omnium reru-  
generale cum  
omnia ea, quæ  
liter faceret, l.  
natura defumi-  
Bald. ad 2. F.  
reantur, jure d.  
3) expressum  
tantum gratia  
Differt à C.  
tur §. 6. Inst.  
mendatiis v.  
hat zu zahl-  
Gurman  
fidejussionen  
commendato



(0) 20

## 5) Mandatum. a)

53

a) Est contractus, quo aliquid gerendum commissum gratuito suscipitur §. 1. & ult. J. de mand. l. 1. §. 4. eod. Dividitur 1) in speciale, quod ad certum negotium datum est. l. 6. §. 6. l. 60. de procur. 2) generale, quod ad omnia negotia pertinet. hoc porro duplex est, generale simplex, cum simpliciter demandata est omnium rerum administratio, l. 60. & 63. de procur. & generale cum libera subintellige, facultate faciendi omnia ea, quæ Dominus ipse, si præsens esset, verisimiliter faceret, l. 60. l. 58. eod. quæ differentia ex ipsa rei natura desumitur, ut iis, qui eam negant, censura apud Bald. ad 2. F. 28. pr. n. 5. quod nim. Pecora dici mereantur, jure debeatur. vid. Colleg. nr. Polem. Contr. 84. 3) expressum. 4) tacitum. vid. Hopp. 5) mandantis tantum gratia contractum &c. vid. DD. ad hunc tit.

Differt à Consilio, quia ex hoc consulens non obligatur §. 6. Inst. hic. Sed quid dicendum de literis commendatitiis vel etiam verbis commendatoriis, puta, Er hat zu zahlen, Es ist ihm wohl zu trauen, Er ist ein Gutmann, &c. an pariant actionem mandati aut fidejussionem importent, ita ut damnnum passus à commendatore illud recuperare possit? Resp. In pun-

## De CONTRACTIBUS innominatis.

Contractuum innominatorum a) sunt species, 1) *Do, ut des.* (2

cto juris *affirm.* per l. 6. §. 5. ff. *mand.* §. 6. *Inst. eod.* Hopp. ibid. De *praxi* verò non aliter hoc admittunt, quam 1) inter mercatores, Carpzov. p. 2. c. 18. d. 24. Espach. ibid. Finckelthus. *Obs.* 60. idem est 2) si dolus in commendatore concurrat. Finckelthus. *ibid.* n. 5. ubi plures *limitationes* subjungit.

Actiones ex hoc contractu nascuntur duæ, *directa* & *contraria*, quarum definitio vid. apud Hopp.

(a) Horum definitio vid. *supr.* eorum duo videntur habere nomina, uti *contractus estimatorius* & *permutatio*, verum *prior* (quo alicui certa res præfinito certo pretio vendenda traditur, eâ lege, ut, eâ venditâ, pretium restituatur, vel si non sit vendita, res incorrupta reddatur: *tot. tit. ff. de estimat. ibique DD.*) ob varium negotium ejusque incertum exitum meritò *innominatus* audit. Differt 1) à *Venditione*, quia in hac rem ipsam restituere non licet, sed præcisè ad pretium solvendum quis obligatur, 2) à *Mandato*, quia

quia in *illo* res æstimata ita datur, ut dominium transferatur, quod secus est in mandato, *l. 5. §. 3. mand.*  
 3) ab *operarum locatione*, quia rei, circa quam operæ conducuntur, dominium non transfertur. *l. 39. locat.* 4.) à *Societate*, quia neuter socius dominium rei suæ amittit, & lucrum commune est, &c. *l. 13. §. 1. P. V.* Permutatio verò propter actionem innominatam, *præscriptis verbis*, talis dicitur; neque enim cum emptione venditione; neque cum locatione *in genere* convenit, ut examinanti patebit. vid. *tot. tit. ff. de rer. permut.* ibique *comment.*

(1) Erronei sunt, qui hunc articulum à *permutatione* ulla ratione distingui sustinent, neque enim ullus casus afferri poterit, ubi sit articulus: *do*, h. e. transfero rei meæ in te Dominium, *ut des*, &c. vid. *Colleg. nr. Polem. controvers.* 47. De praxi contractus consensualis est, in quo miror dissentire quosdam, vid. *compend. Lauterb. hic & Hopp. u. h. pag. 584.* quod si enim ex nudo pacto detur actio, quid ne ex hoc pacto, quod insimul etiam de jure Romano in contractum transire potest? vid. *Dissert. nr. de Pœnitent. §. 14.* Est autem permutatio seu artic. *do, ut des*, quo certa res vel species pro alia re certa vel specie ejusque dominium in alterum transfertur. *l. 1. de rer. perm. l. 1. §. 1. J. de empt. vend.*

2] *Do, ut facias.* 3] *Fa-cio, ut facias.*  
4] *Facio, ut des.*

---

(2) Quo conventum est, ut datâ certa re, vicissim aliquid fieret. *l. 5. §. 2. de P. V.* quomodo differat à *locat. conduct.* vid. *supr.* Huc 1) referunt. contractum *suffragij*, quo quid datur, ut negotium alicujus apud Principem commendetur *l. un. C. de suffrag.* de quo Tabor tr. conscripsit vid. *Brunnem. ad h. l.* 2) contractum *Assecurationis*, quo præmium datur, ut quis suscipiat periculum mercium aliò transvehendarum. vid. *Grot. de jure B. & P. l. 2. e. 12. n. 23.* *Marq. de jure Mercat. L. 3. c. 13.*

3) Quo placuit, ut cùm aliquid fecerim, vicissim etiam aliquid facias. *l. 5. §. 4. de P. V.*

(4) Quo convenit, ut, cùm ego aliquid facerem, tu certam rem mihi dares. *l. 5. §. 3. eod.* ex hisce contractibus innomin. datur *actio P. V.* ita dicta, quod non constet certâ formulâ, sed negotium disertis verbis seu narratione perspicuâ, prout gestum erat, exprimatur. Unde & *actio civilis in factum* dicitur *l. I. §. I. & l. 22. eod.*

§. V.

De Q

Quasi-

(a) Quasi  
CIVILIS con  
gatur, tot, tit  
to contractu  
sumpto nititu  
Quasi-contrac  
causa efficiens  
ibique DD.  
commodati it  
tur, obligati  
iam recentiore  
consensu praes  
distingunt,  
de jure dot.  
vid. d. §. 5.  
2) contract  
expresse co  
cus se habet  
fo, ignorante

De QUASI-CONTRACTIBUS.

Quasi-Contractuum a) §. sunt species.

(a) Quasi- contractus est, quo ex ipso facto LEX CIVILIS consensum inducit, indeque alter alteri obligatur, tot. tit. *Inst. de oblig. qua quasi* differt à *tacito* contractu 1) quia hic verus est, & consensu *presumpto* nititur *qui patitur* 18. ff. *mand l. 60. de R. J.* Quasi- contractus verò in consensu *ficto*, cujus sola lex causa efficiens est §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr. pot.* ibique *DD.* vid. omn. §. 6. *d. tit. 5 l. 13. in fin. ff. commodati* ibi: *accidit, ut extra id, quod ageretur, obligatio nascatur.* Perperam itaque plerique etiam recentiores, uti Heinecc. *hic.* contractum hunc in consensu *presumpto* fundant, & sic à *tacito* non satis distinguunt, *presumptio* enim cedit veritati *l. 57. ff. de jure dot. l. fin. pr. quod met. caus.* quod hinc secus vid. d. §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr.* ibique Hopp. 2) contractum *tacitum* nemo celebrare potest, qui ad expressè contrahendum inhabilis est, quod itidem secus se habet in quasi- contractu, utpote qui cum furioso, ignorante, §. 1. *hic.* infante §. 2. *hic.* &c. consistit.

1) *Negotiorum gestio.* 2) *Tutelæ administratio.*

Brevib. in *tacito* contractu utrobique causa efficiens *homo.*; ni *quasi-contractu* ex una parte causa efficiens *Lex est.*

1) Quæ est quasi-contractus, quo quis sine mandato negotium alterius utiliter gerendo, se ad rationem de eo reddendam & vicissim alterum sibi ad præstandum id, quod impensum, adstringit. *l. 2. l. 10. h. t.* ex hoc proinde duæ nascuntur actiones, *directa* nimir. & *contraria*, quarum definitio vid. apud Hopp.

Not. hîc fomosa dispositio *L. Neseinius. 34. ff. § l. Alimenta. 11. C. de neg. gest.* vi cujus impensæ v. g. in alimenta, animo donandi factæ præsumuntur. Ubi tamen duo copulativè requiruntur, 1) arcta personarum *conjunctio* & 2) ex parte accipientis *indigentia.* vid. Hopp. *ad tit. Inst. de donat. §. 2.*

2) Quæ est quasi-contractus, quo tutor ad personam & res pupilli fideliter curandas obligatur. §. 2. *hic.* Duplex inde nascitur actio, *directa* & *contraria*, quas definitas vide apud Hopp. *hic.*

Hic recolenda tota materia *ff. vel Inst. de tutel.* ubi tamen Jus Roman. in pluribus per mores hodiernos & Constitut. Imperii immutatum est, præprimis vero quod pro-

3) *Rei Administratio.*

proprie loque-  
tur, proinde  
negotia libero  
de ann. 1548.  
Sondern Tu-  
glicher Bo-  
Weiß verori-  
unterziehen s-  
vor durch die  
dem repetitur  
§. 2. hinc in-  
cum pupillo au-  
aliter Tutores  
ti sint, ne con-  
natur.

3) Quæ est  
societatem, c-  
sibi invicem a-  
tiones persona-  
Inde nascitur  
xta est, re-  
Coll nr. Pole

### 3] *Rei communis singularis administratio.*

proprie loquendo nullus amplius nisi *dativus* tutor datur, proinde neque mater & avia absque prævio decreto negotia liberorum valde gerere possint. *Reform. Polit. de ann. 1548.* von der Pupillen und minderjährigen Kindern Tutorn, 2c. *Tit. 31. §. 2. ibi.* Daß auch ein jeglicher Vormunder, er seye gleich Testaments-Weiß verordnet, 2c. sich der Vormundschaft nicht unterziehen soll, die Verwaltung seye ihm dann zuvor durch die Obrigkeit decernirt und befohlen. Idem repetitur in *Recess. ordin. polit. de an. 1577. tit. 32. §. 2.* hinc inquirere debet contracturus aut litigaturus cum pupillo aut minorenni, ane eorum mater aut avia aliive Tutores & curatores legitimi judicialiter confirmati sint, ne contractus totumve iudicium nullitati exponatur.

3) Quæ est quasi-contractus, quo duo pluresque in societatem, citra contractum societatis, incidunt, & sibi invicem ad res communes dividendas & ad præstationes personales obligantur. *l. 1. l. 4 § 3 commun. div.* Inde nascitur. *Actio communi dividundo*, quæ mixta est, *realis* nim. & *personalis*. vid. Hopp, *hic & Coll. nr. Polem. Controv. 99.*

4] *Hæreditatis communis Administratio.*

5] *Hæreditatis aditio.*

6] *Indebiti solutio.*

(4) Quæ est, *quasi contractus*, quo ad hereditatem dividendam, rationes reddendas, præstationesque personales cohæredes obstringuntur §. 4. J. hic l. 3. eod. Actio inde nascens itidem mixta est, realis & personalis, ex jure quippe hereditario & quasi contractu ortum trahens. vid. Hopp. hic & Coll. nr Pol. d. l.

(5) Quæ est, *quasi contractus*, quo hæres, qui hereditatem adiit, ad legata & fideicommissa legataris & fideicommissariis obligatur, §. 5. Inst. hic ibique Hopp. Ex hoc datur *actio ex testamento*, quo is, cui aliquid relictum, agit contra hæredem, ut id præstet atque ultimam defuncti voluntatem impleat. §. 2. verb. *per actiones I. d. legat.*

(6) Quæ est, *quasi contractus*, quo is, cui per errorem facti debitum solutum est, ad ejus redditionem obligatur §. 1. quib. mod. re contr. oblig. §. 6. J. hic L. 5 § 3. ff. de O & A. Ex hoc competit *Conditio indebiti*, quo errore cognito quis solutum ab eo, qui

qui indebitur  
nibus. L. 15

Notari hic  
ut ajunt, repe  
pienti nullum  
fuisse, arg. §. 1

7) Quæ est  
Judice actione

cendo alteri o  
dex sententia

in fin. pr. C. d  
ctur vel Actio

petens Actori  
Judex sententi

membr. 3. D.  
qua vid. Hopp

Affinis est  
promissarii, q  
ut præstetur,  
arbitr. sicut  
vide & confer



7] *Litis contestatio.*

qui indebitum accepit, repetit cum fructibus & accessio-  
nibus. *L. 15. pr. l. 65. §. 5. ff. de condict. indeb.*

Notari hinc potest, quod solutum *pro redimenda vexa*,  
ut ajunt, repeti nequeat, tametsi ex post appareat, acci-  
pienti nullum jus petendi seu contra solventem agendi  
fuisse, arg. §. *fin. Inst. h. t.* ibique Hopp.

7) Quæ est, *quasi contractus*, quo actor coram  
Judice actionem proponendo, & Reus illi contradi-  
cendo alteri obligatur, ad præstandum id, quod ju-  
dex sententia decreverit. *L. 3. §. 11. de pecul. l. ult.*  
*in fin. pr. C. de usur. rei jud. l. 29. de novat.* inde nati-  
citur vel *Actio judicati*, quæ est actio personalis com-  
petens Actori adversus Reum, ad id, ut præstet, quod  
Judex sententia decrevit. Rennem. *J. Rom. Germ.*  
*membr. 3. D. 34. th 3.* vel *Exceptio rei judicata.* de  
qua vid. Hopp. *ad §. 5. J. de except.*

Affinis est *Actio ex Laudo* seu sententia arbitri com-  
promissarii, quæ est actio in factum, competens ad id,  
ut præstetur, quod arbiter decrevit *l. 5. pr. C. de recept.*  
*arbitr.* sicut & eodem modo exinde datur exceptio.  
vide & confer. *Compend. Lauterb. ad d. tit. de recept.*

8) *Receptum.*

§. VI.

*qui arbitrium.* Dixi: *Arbitri compromissarii.* Est enim 2) & *Arbitrator*, seu amicabile compositor, qui differunt in hoc, quod *ille* sit quasi iudex, qui ad controversiam *juridicè* dubiam decidendam electus est. *l. 5. §. 1. C. eod.* Arbitrator verò, qui ad contractum conciliandum aut controversiam *physicè* vel *æconomicè* dubiam decidendam, electus est, v. g. ad determinandam dotem, taxandum rei pretium &c. *l. 25. locat. l. 67. pro socio.* Cujus arbitramento standum, nisi iniquum fuerit, quo casu datur ad illud corrigendum actio, quæ vocatur *Reductio ad arbitrium boni viri*, h. e. iudicis ordinarii *l. 18. ff. judic. solv.* vid. Hopp. *ad §. 2. J. de empt. vend.* 3) *Arbiter Juris*, qui à Iudice nil differt, sed hic ita ut plurimum dicitur in iudiciis bonæ fidei *l. 38. pro socio. l. 24. depos.*

Hic repetendi tit. *de recept. § qui arbitr.* 2. *de iudiciis.* 3. *de iurisdic. 4. de edendo.* & similes.

8) Quod est, quasi-contractus, qui ex facto receptionis inducitur, quo exercitor navis, caupona, vel stabuli

buli obligat  
ut & ad c  
Caupon. St  
ctio de rece  
personam,  
nam, &c. in  
es navis, cau  
damnum cu  
Hopp. ad §.  
tradit differer  
si-delictum:

Hic recole  
Rhod. De jact

Notand. N  
qui plures rec  
1) dationem  
3) confusione  
tit. Sed acti  
figuris, de c  
est.

*buli obligatur curare, ut res receptæ salvæ sint, ita ut & ad culpam levissimam teneatur. tot. tit. Nautæ Caupon. Stabular. ut recepta restit.* Datur inde actio de recepto, quæ est actio in factum prætoriam in personam, quæ competit ei, qui res in navim, cauponam, &c. immisit aut intulit, contra exercitorem illius navis, cauponæ &c. ut illas salvas restituat, & omne damnum *cujuslibet* culpâ contingens præstet. Vid. Hopp. *ad §. 3. J. de oblig. quæ quasi ex del.* ubi & tradit differentiam inter hunc quasi-contractum & quasi-delicium: *Furti advers. Naut. Caup.*

Hic recolendi tituli: *De exercitoria act. De Lege Rhod. De jact. De instit. act.*

Notand. Non videri fundatam sententiam eorum, qui plures recensitis *quasi-contractus* statuunt, uti  
 1) dationem ob causam. 2) acceptionem sinè causa.  
 3) confusionem agrorum. &c. vid. Comp. Lauterb. *ad d. tit.* Sed actiones inde oriundæ *ex variis causarum figuris*, de quib. *infr.* descendere, rectius dicendum est.

(o)

§. VI.  
DE DELICTIS.

**D**elictorum scil. *privatorum*, a) sunt *qua-*  
*tuor.* I. Furtum. b) II. Rapina. c)

III.

a) Publica enim huc non pertinent, de quib. *tit. fin. Inst.* Itemque *tit. ff. in Libr. 48.* qui hîc simul repetendi.

b) Quod est, contrectatio fraudulenta lucrificandi causa facta, vel ipsius rei vel etiam usûs ejus, possessionisve. tot. *tit. Inst. hîc.* Actiones inde dantur 1. Actio Furti. 2. Condictio furtiva. 3. Rei Vindicatio. Conf. Hopp. *hîc.* Hodie per Constit. criminal. Caroli V. hoc delictum factum est *publicum*, ejusque pœna ordinaria est furcæ, pro qualitate tamen circumstantiarum & quantitate rei ablatae mitius punitur, vid. *d. Const. crim.* ad eamque Blumlach. & Carpzov. *Proc. crim. Q. 84.*

c) Quæ est, *violenta rei alienæ mobilis ablatio lucri faciendi causa dolo malo facta.* Datur exinde *actio vi bonor. raptor.* Hopp. *hîc.* Sed & hoc delictum in classem *Publicorum* relatum à Carolo V. de eoque vide Us. hod Hoppii *h. t.*

III. Damnum injuriâ datum. d)

IV. Injuria e)

d) Quod est, *omnis patrimonii imminutio, nullo jure facta, à libero homine.* Si enim servus damnum dederit, locus est *actioni noxali*: si quadrupes, *actioni, si quadrupes pauperiem fecisse dicat.* quitit. hic conferri possunt. Damnum hoc vindicatur *lege aquiliâ,* & quidem ex ejusdem *primo* capite cædes servi & pecudis, quæ gregatim pasci solet. *Utiliter* tamen etiam cædes hominis liberi. vid. omn. Hopp. *hic.* Ex *3tio* verò capite omne reliquum damnum, quo nobis qualicumque demum modo patrimonium imminuitur. Unde dantur I. Actio L. Aquiliæ *directa.* II. *Utilis.* III. *In factum.* de quib. vid. Hopp. *hic.* Moribus nostris indiscriminatim agitur ad id, quod interest, præstandamque veram rei æstimationem. Heinecc. *hic.*

(e) Quæ est, delictum, seu quodvis dictum factumve in alterius contumeliam dolo malo directum. *pr. Inst. d. t.* Formale itaque ejus constitutivum, est *dolus.* Actiones exinde sunt variæ: I. *actio injuriarum æstimatoria,* quæ datur injuriam quamcunque passo adversus injuriantem ad injuriæ illatæ æstimationem consequendam §. 10. *Inst. hic.* II. *criminalis,* dum agitur ad pœnam relegationis, fustigationis, carceris

aut multam Fisco applicandam. Sande *L. s. tit. 9. d. 5. III. Civilis ex L. cornelia*, qua realis solum injuria, quæ *pulsando, verberando* aut *violento ingressu* in domum alicujus committitur, vindicatur, duratque 30. annis. Hopp. *hic pag. 795.* IV. *actio ad palinodiam*. quæ ad id datur, ut injurius verba famosa reclamet, & injustè ea à se prolata fateatur, læsamque quodammodo existimationem injuriato restituat. Hopp. *hic.*

Ad injuriam refertur *Famosus libellus* seu *Pasquillus*, cujus duo requisita: (1) *certi & famosi criminis* imputatio. *Constit. crim. artic. 110.* (2) ut *nomen Authoris* non apponatur. *d. Constit. ibid.* quod si primum deficiat vel scriptum satyricum vel jocosum erit, sin *secundum*, injuria erit simplex. Pœna pasquilli hodie arbitraria est, vid. Hopp. *p. 790.*

Nota hîc famosum REMEDIUM *L. Diffamari. s. ff. de ingen. maummiss.* quod tunc obtinet, si per diffamationem damnum patrimonio nostro intenditur seu inferri timetur, quo casu impetrari potest *citatio* adversus diffamantem, ut compareat coram judice diffamati, diffamationem probet, aut perpetuum sibi patiatur imponi silentium. vide sis de hoc Ludovici *Civil. zum Civil-Proceß c. 5. Blum. Process. cam. tit. 36. n. 2.* vid. & supplicationes ejusdem desuper.

Huc

DE qua  
I. Imp

Huc refer  
de actio de  
dolo mal.  
fa. vid. idem  
qua *Condicti*  
pend. 4. hic p  
compend. de  
(a) Quæ c  
imputativa, h  
quis adhibet,  
seu negligent  
§. 4. Naut.  
(b) Hoc i  
nos judex su  
pericia judici  
(quam hodi  
trariam l. 6. ff

**DE** quasi-Delictis *a*] quæ sunt,  
 I. Imperitia Judicis malè judicantis. *b*]  
 II.

Huc referenda veniunt alia delicta, ut 1. *dolus*, inde *actio de dolo*. vid. Compend. Lauterb. *ad tit. de dolo mal.* 2. *Metus*, inde *actio quod metûs causa*. vid. *idem comp.* 3. *Acceptio ex turpi causa*, ex qua *Condictio ob turpem causam*. *ad hunc tit. id. compend.* 4. hic percurrenda crimina extraordinaria. vid. *id. compend. de extraord. cognit.*

(a) Quæ consistunt in aliqua culpa, ut ita loquar, imputativa, h. e. quæ alicui ex alieno facto eorum, quos quis adhibet, imputantur, quod v. g. minûs fidelium seu negligentium operâ utatur. §. *ult. Inst. h. t. l. fin.* §. 4. *Naut. Caupon.* Struv. *J. P. R. G. L. 3. t. 26.*

(b) Hoc ideo quasi-delictum est, quod apud Romanos iudex suos habuerit Assessores, adeoque horum imperitia iudici imputetur, teneturque *actione in factum* (quam hodie *de Syndicatu* vocant) ad mulctam arbitrariam *l. 6. ff. de extraord. cognit. l. 5. §. 4 de O. & A.*

( o )

II. Dejectio vel Effusio. c] III. Suspensio  
vel Positio, &c. d] IV.

Quod si is dolo fecit, ex *vero delicto* obligatur, hocque casu in veram litis æstimationem cum famæ & officii dispendio condemnatur, l. 15. §. 1. de *judic. l. ult. C. de pœn. jud. qui mal jud.*

Hic recolendi tituli *de judic. ibique de Judicis suspecti recusat. &c. Confer. & Prefat. nr. class. opin. absurd. premissa.*

c) Quæ est, *quasi delictum*, quo tenentur habitatores *cœnaculorum seu domini seu inquilini*, ob dejecta vel effusa à quocunque, quibus *damnum datum prætereuntibus*, §. 1. pr. *Inst. h.* Exinde datur *Actio in factum de ejecto vel effuso* illi, cui nocitum, ejusque heredibus, contra dominum vel inquilinum ædium ad præstandum duplum §. 1. *J. hic.* hodie ad damni dati reparationem, impensas & interesse l. 5. l. fin. ff. *eod.*

d) Quæ est quasi delictum, quo tenetur ille, qui supra eum locum, quo vulgo iter fit, *suspensum* vel *positum* quid habet, cujus casu alicui noceri possit, vel nocitum sit l. 5. §. 6. ff. *de his qui effudit.* Exinde datur *Actio popularis in factum*, cuivis è populo adversus eum, qui posuit vel suspendit, ad pœnam decem aureorum actori applicandam L. 5. §. 6. §. 12. §. ult. *eod.* Hodie putem, implorari posse officium judicis nobile pro impetrando mandato de demoliendo, &c.

IV. Da  
pona, ve

DE vari  
clausulam

e) Scil. ab  
rior quod hi  
tum, adversu  
rebus viatorur  
Inst. hic. hodie  
damnum ab ex  
ex quasi contr  
supra de Rece  
Addunt alie  
temporariam  
qua quis patit  
barprohibere  
sed miror debi  
ctum propriu  
Contr. 90. ve  
a) Seu ex  
Inst. de act. h



IV. Damnum vel Furtum in navi, caupona, vel stabulo commissum. e)

§. VIII.

DE variis causarum figuris. a) Ad hanc clausulam pertinet I.

e) Scil. ab iis hominibus, quorum opera utitur Exercitor quod hisce imputatur; unde datur *Actio in factum*, adversus *exercitorem navis* &c. ob damnum in rebus viatorum vel hospitem datum, in duplum §. ult. *Inst. hic.* hodie verò ad damni resarcitionem. NB. Quod si damnum ab extraneis datum fuerit, tenebitur exercitor ex *quasi contractu L. 3. §. 1. ff. naut. caup. stab. vid. supra de Recepto.*

Addunt aliqui quasi delictis V. *misericiordiam intempestivam* per l. 7. pr. *depositi*. V. *Conniventiam*, qua quis patitur delictum fieri quod & poterat & debebat prohibere L. 45. pr. ff. ad L. *Aquil.* ita Heinecc. *hic.* sed miror debilitatem hujus opinionis, cum utrobique factum proprium concurrat. Confer. *Colleg. nr. Polem. Contr. 90. vers. 32 ad II.*

a) Seu ex aliis quibusdam modis, ut habetur in §. 1. *Inst. de act.* huc pertinent obligationes *mixtae* h. e. natu-

I. Actio ad exhibendum. *b*) II. De edendo.  
 III. Condictio causâ data, causâ non  
 secutâ. *c*)

IV.

rales & civiles simul, & inde competentes actiones, quæ ad præcedentes 4. fontes referri non possunt, ut proinde palmaris erroris insimulandus sit Hopp. ad §. 2. *Inst. de obligat. & d. §. 1. J. de act.* vid. *Colleg. nr. Polem. in Strictur. ib.* Duo igitur requiruntur, ut actio ad clausulam hanc referri possit I. expressa in jure actio. II. quæ tamen ad istos 4. fontes (sub quibus etiam continentur pacta *legitima in specie seu vestita*) reduci nequeat.

*b*) Quæ est personalis in rem scripta, competens illi, cujus ex justa causa interest rem exhiberi, adversus quemcunque possessorem ad rem istam exhibendam. *tot. tit. ff. ad exhibend.* ibique Compend. Lauterb. Differt *exhibere* ab *edere*; quod res, quæ *exhiberi* petitur sit ipsum objectum litis; quod verò *edi* petitur, sit medium probandi. v. g. Instrumentum, testamentum, &c.

*c*) Quæ est actio personalis, qua id, quod ob causam futuram honestam translatum est, causâ illâ non secutâ repetitur. *tot. tit. ff. h. t.* ibique Compend. Lauterb. ubi malè quasi contractui adscribitur.

IV. C  
 V. C  
 um. e) V  
 quæ perso

d) Quæ et  
 se pertinenter  
 tit. de condicti  
 dem perperam  
 Fullone, qui a  
 post verò dom  
 dicit. Aliud  
 ne. vid. Hopp.

e) Sensus le  
 veniat titulo lu  
 manere debeat  
 ex aequitate. v  
 ream dicunt Ba

f) Quia qu  
 fectum *fictione*  
 cit textus, & p  
 fusi esse. vid.  
 Polem. contr  
 mixta qua agi

22 ( 0 ) 20  
IV. Condictio sine causa. d)

79

V. Condictio ex *L. si & me & Titium.* e) VI. Actio finium regundorum, quâ personalis est. f)

---

d) Quæ est actio personalis, qua quis repetit rem ad se pertinentem & apud alium sine causa existentem *tot. tit. de condict. sin caus.* ibique id. Compend. (quod itidem perperam ad quasi contractum refert) exempl. in Fullone, qui ad æstimationem vestis ejus culpâ surreptæ, post verò domino restitutæ, ab hoc æstimationem condat. Aliud in chirographo non subsequuta numeratione. vid. Hopp. *ad tit. de lit. oblig.*

e) Sensus legis est, si res mea vel mihi debita ad te perveniat titulo lucrativo, nec causa est, quare apud te permanere debeat, eam conductione certi repetere possum ex æquitate. vid. omn. Brunnem. ad *d. legem*, quam *aurream* dicunt Bald. & Paris. *divinam* Hippol. Rimin.

f) Quia quasi contractui attribui nequit, propter defectum *fictionis*. neque quasi delicto, quia itidem deficit textus, & possunt agri vi fluminis & sic fatali casu confusi esse. vid. fufius hanc rem deductam in *Colleg. nr. Polem. contro. 99. Resp. IV.* Est autem Actio hæc mixta qua agitur inter eos, qui confines habent agros,  
ad

VII. Actio, qua fructus extantes, á b. f. possessore percepti avocantur. g) &c.  
§. IX.

DE Conditionibus *ex lege.* a)  
Qualis I. est,

ad illorum fines discernendos & declarandos, nec non præstationem ejus, quod interest. *tot. tit. ff. fin. regund.* ibique *Compend. Lauterb.* confer. *Hieronim. de monte. de fin. reg.* *Oettinger tr. de finib.*

g) *ex §. 35. Inst. de rer. div. l. 4. §. post litem ff. fin. regund. l. 22. C. de R. V.* Conf. *omn. Hopp. ad d. §. 35.* Cæterum hîc stringendus *Hoppius*, quod ad hanc clausulam 1) *obligationem* parentum ad alimenta liberis præstanda. 2) ad dotem filiabus dandam referat *ad §. 2. Inst. de obligat.* cum hîc de obligatione *mixta* sermo sit. *d. §. 2.* quæ patrem inter & filiosfam. ob unitatem personarum non datur *§. 6. Inst. de V. O. l. 4. ff. de jud. l. f. C. de impub. & al. substit.* Unde nec sibi constans alium palmarem errorem committit *ad §. 1. Inst. de act.*

a) Not. has duplicis generis esse, aliquas quæ à lege, *mediante hominis factò*, dantur, uti *Condictio ex l. 35. C. de donat.* quas *Pactis legitimis* in specie, attribui-

mus

I. Con  
stam. b)  
II. Con  
hered. pe

mus vid. supra  
diatè à lege p  
tum legitime  
requiri. 1) ut  
villis simul, at  
judicis nobilis  
Lauterb. b. tit  
b) Quam Ac  
mavocant, vid  
hac actione ad  
mus Legitimâ re  
bus quocunqu  
tibus verò tit  
fit, necesse est.  
ma.

c) Si ab a  
diratem legiti  
in ann. ad C.

( o )

81

I. *Condictio* ex *L. 30. C. de inoffic. testam. b)*

II. *Condictio* ex *L. ult. §. 1. in fin. C. de hæred. pet. c)*

III.

mus vid. supra § 1. aliæ & quæ hujus loci sunt, quæ *immediate* à lege producuntur, uti *Condictio ad supplementum legitima* &c. Notand. ad hanc conditionem duo requiri. 1) ut subsit obligatio *mixta* h. e. naturalis & civilis simul, atque per hoc differt *ab Imploratione officii judicis nobilis*. 2) ut à lege nova detur. vid. *Compend. Lauterb. h. tit.*

b) Quam *Actionem* etiam *ex-vel suppletoriam legitima* vocant. vid. Hopp. *ad §. 3. Inst. eod. tit.* Agitur autem hac actione ad supplementum *Legitimæ*, si aliquid sed minus *Legitimâ* relictum sit. Et quidem in fratribus & sororibus quocunque titulo, in *Ascendentibus* & *Descendentibus* verò *titulo universalis* proinde *pars quota* relictæ sit, necesse est. Hopp. *ibid.* Hic recolenda materia *Legitimæ*.

c) Si ab aliquo hæreditas *evicta*, ille, quod in hæreditatem legitime impendit, hac actione condicit. Stryck. *in ann. ad C. Laut. hic.*

L

d)

III Cond. ex <sup>22 (o) 20</sup> *L. ult. §. 6. C. de Fur. de-  
liber. d)*

IV. Cond. ex *L. 27. §. ult. ff, ad L. Ful.  
de adult. e)*

V. Cond. ex *L. 13. ff. quod met. caus. f)*

VI. Cond. ex *L. 2. C. de rescind. vend.*

VII. Cond. ex *constitut. D. Pii compe-  
tens Arrogato. g)*

### VIII.

*d)* Si hæres confecto inventario posterioribus, primò tamen venientibus, *creditoribus* quid solverit, hoc priores, postea venientes condicunt ex *h. l.* ab illis, quibus solutum, si hi minori jure gaudeant. Stryck. *ibid.*

*e)* Qua dominus, cujus *servus* iniquè tortus ex capite adulterii, ipsius servi æstimationem condicit. Stryck. *ibid.*

*f)* Qua condicit debitum debitor, quod creditor ipsi propria auctoritate extorsit, siquidem hoc ipso creditum amisit. vid. omn. Brunnem. *ad h. l.* Hahn. *ad Wes. hinc* qui adhuc aliquot species allegat, sed in eo erroneus, quod remedi *l. si contendat de fidejuss.* huc referat, cum inde non sit, nisi *imploratio officii judicis nobilis, de qua mox*

*g)* Hinc confer. *tit. de adoption.* ibique DD. de unione prolium.

*h)* Quæ  
pag. 579. P  
requam ab al  
tum est, l. 1

tum ex alteru

innominatum

l. 6. l. 33. C. e

venta & non

correndus hic

Lauterb.

Notand. q

mã notetur l.

cujus occasio

colendus.

*a)* Quæ

ris principis.

quiritur, qua

ciebus patebi

22 ( 0 ) 20

83

VIII. Cond. ex moribus. b)

§. VIII.

DE IMPLORATIONE Officii Judicis  
nobilis. a) Cujus species variæ sunt, I. Re-

L 2

me-

---

b) Quæ datur hodie ex nudo pacto, Hopp. U. H. pag. 579. Proinde & ex TRANSACTIONE, quæ, antequam ab alterutra parte impleta, non nisi *nudum pactum* est, l. 19. C. de transact. quod si vero implementum ex alterutra parte intervenit, transit in contractum innominatum, exindeque datur *actio præscriptis verbis*. l. 6. l. 33. C. eod. est autem *transactio rei dubiæ conventa & non gratuita decisio*. l. 1. ff. l. 38. C. eod. percurrendus hîc *tit. de transact.* ad eumque Compend. Lauterb.

Notand, quod transigens super delicto privato infamiâ notetur l. 4. §. fin. & ll. sqq. de his qui not. infamia, cujus occasione & hic *tit. de his qui not.* INFAMIA recolendus.

a) Quæ non est *actio*, hæc enim non nisi ex certis juris principiis inducitur, ad eamque obligatio *civilis* requiritur, quæ hic deficit, ut ex ejusd. sublequentibus speciebus patebit.

(o)

medium Restitutionis in integrum. b)

II. Rem. L. *si contendat*. 28. ff. de fidejussorib. c)

III. Rem. L. *Diffamari*. 5. C. de ingen. manumiss. d)

IV.

b) Quæ est, remedium extraordinarium, quo implo-  
ratur officium judicis nobile, ut in pristinum statum re-  
ponat ea, quæ per læsionem fuerunt ablata. l. 24. S. 4.  
de minor. quid sit officium Judicis nobile vid. Hopp.  
ad pr. Inst. de offic. Judicis, simulque hunc titu-  
lum percurrere. Competit 1) læsis ex metu, vid. tit. ff.  
quod met. caus. 2) ex dolo tit. de dol. mal. 3) ob  
atatem Minoribus. vid. tit. de minorib. 4) ad  
exemplum horum a) Ecclesiis, aliisque corpo-  
ribus piis. vid. Colleg. Lauterb. eod. circa fin. b) omnibus  
Universitatibus, Collegiisque licitis. vid. tit. quod  
cujusque Universitatis, sed NB. his intra quadriennium  
à tempore læsionis c. 12. X. de in integr. restit. vid. ta-  
men Berlich. Decis. 218.

Denique 5) competit restitutio ex clausula prætoriam:  
*Si qua mihi justa causa videbitur*. vid. omn. tit. Ex  
quib. caus. majores 25. ann. in integr. restit.

c) De quo supra ad tit. de fidejussor.

d) De quo itidem supra ad tit. de injur.

IV. V  
rium. p  
V. Q

gat pare  
da. e)

VI. It  
dam. f)

VII. A  
VIII. A

nem. b)

e) Vid. l.

ad eumque C  
Faber de alim

f) L. 19.

g) Ex qu  
professio Mev

h) Cujus

Mynsing. &

Nota diff

tum impedi

verla penes

rerum, quar



IV. Vid. *supra* ad verb. *Fus hæredita-*  
*rium. pag. 21. in fin.*

V. Quæ imploratur Judex, ut adstrin-  
gat parentes, ad alimenta liberis præstan-  
da. e)

VI. Itemque ad dotem filiabus dan-  
dam. f)

VII. Ad decernendum Arrestum. g)

VIII. Ad decernendam sequestratio-  
nem. h)

e) Vid. l. 5. pr. & §. 12. ff. de agnosc. & alend. lib.  
ad eumque Comp. Lauterb. aliique AA, v. g. Surd. &  
Faber de aliment.

f) L. 19. ff. de Rit. nupt.

g) Ex quibus causis hoc decerni possit, tradunt ex  
professo Mev. tr. de Arrest. Gail, eod. tr.

h) Cujus causæ justificantes vid. apud Gail, I. O. 148.  
Mynsing. & alios allegat. ab Hopp. pag. 607.

Nota differre *Arrestum* à sequestro 1) *Illud* est tan-  
tum impedimentum. Sequestratio separatio rei contro-  
versæ penes tertium seu sequestrem. 2) *Illud* est etiam  
rerum, quarum *certa* sunt dominia, possessiones cæterá-  
que

IX. Pro administratione bonorum absentis. *i)* Pro separatione conjugis quoad thorum & mensam. *k)* Pro dando Tutore vel curatore. Et

X. Generaliter, ubi iusta subest petendi causa, deficiente tamen obligatione *civili. l)*

que ad eas pertinentia. *Hac* verò illarum rerum, de quibus controversia est, aut in quibus jus aliquod alter præten dit, & adjudicari petit, ita *Mev. de arrest tr. 1 n. 14. sqq.* Affine est Obstagium, quo ex pacto convento ut plurimum instrumentis obligationis inseri solito se quis in publica aliqua taberna aut simili loco sistit, & in sumptus debitoris convivatur, non recedens, donec creditori satisfecerit. *Germ. Die Leistung, Innlager.* *Rudinger apud Wehner Cent. 3. Obs. 24. Gail. 2. Obs. 45.*

*i)* Vid. *Mev. p 2 D. 61.*

*k)* Vid. *Canonistæ ad tit. 10 de divort.*

*l)* Notanda hîc famosa clausula, petito Libelli subnec tati solita : *Desuper nobile officium Judicis implorando:* per quam omnia jura Actoris competentia in judicium deducta censentur, unde *salutaris* passim vocatur, de eaque vid. *omn. Gail. 1. Obs. 61. n. 11. sqq.*

§. IX.

DE mo

I. Est

II. Ac

III. Sc

IV. M

V. Co

VI. C

specie del

VII. N

VIII. I

EXCEPT

RIÆ; se

partim q

veniente

a) De c

tit. de sol

b) Confe

c) Vid.

DE modis, quibus tollitur *Jus ad rem*.

I. Est Solutio.

II. Acceptilatio seu Remissio.

III. Solemnis oblatio, &c.

IV. Mutuus Dissensus.

V. Confusio. *a)*

VI. Compensatio. *b)* Interitus rei, in specie debitæ.

VII. Novatio & Delegatio. *c)*

VIII. Præscriptio. Huc & pertinent EXCEPTIONES reliquæ PEREMPTORIÆ; sed cùm hæ partim supra attactæ, partim quælibet Actio & negotium convenientem suggerat; DILATARIARUM verò

---

*a)* De quibus omnibus vid. Compend. Lauterb, *ad tit. de solut. & acceptilat.*

*b)* Confer, tit de compensat. ibique *d. Compend.*

*c)* Vid. Hopp. *ad tit. Inst. quib, mod. toll, oblig.*

verò Elenchus ab Hoppio adornatus fuerit, hinc illuc nos referimus.

Illud verò adhuc addendum, quod Actio, & quandoque Exceptio veniat *probanda*, unde recolendi hîc 1) *tit. de probat. & præsumpt.* 2) *de fide instrum.* 3) *de Testib.* 4) *de confess.* Itemque cùm sit *judicium primæ vel 2dæ Instantiæ* 5) *tit. de Appellat.* 6. *de litigios.* 7) *de alienat. judic. mut. caus. fact.* & denique 8) *de re judic. & effect. sentent.* Finaliter sciendum; cùm *Systema nostrum principaliter Jus in re & Jus ad rem*, harumque specierum *Adjuncta comprehendat*, *illud Prolegomena & Præcognita Juris*, uti & materiam LL. aliosque ejusmodi paucos adhuc titulos haud ingredi. Atque hæc sunt, amice Lector, quæ pro facilitando studio juris ejusque juvanda methodo conferre, tricennali propemodum experientiâ edocti judicamus. *Si opere displicemus, saltem studio placeamus, sit acceptum voluisse, si displicet non potuisse nostrum.* Vigl. Tapenf. *in fin. Libr. contra Eutych.*

F I N I S.



# P A R E R G A

EX

*Omni, quod proditum est Jure.*

I.

*Ex J. N. & Gentium.*

I. *Jus N. seu Gentium nullam admittit divisionem, præprimis verò in absolutum & hypotheticum pinguis Minerva soboles est.*

II.

*Pactorum nudorum differentiam ab aliis conventionibus Jus N. ignorat. Proinde*

III.

*Pactum à testatore de non mutando testamento suo initum hoc jure valet & tollit facultatem aliter testandi: nec*

IV.

*Princeps privilegium, licet gratuitum, sine justa causa revocare potest.*

M

V.

V.

*Jus N. Legitimam ignorat.*

VI.

*Lex praescriptionis tutum facit in conscientia: quid-  
ni & lex Imperii usuras quincunces indulgens?*

VII.

*Maximè cum hæ licet lucratoria juri natura haud  
repugnent.*

VIII.

*Testamentum mera creatura juris positivi est, unde*

IX.

*Ex sola licet 4. testibus omni except. majoribus pro-  
bata testatoris voluntate obligatio ei satisfaciendi, na-  
turalis haud exsurgit.*

---

II.

**Ex Jure Canonico.**

I.

**T***Riennium, quod Canonici ex statuto impendere  
debent, studio juris v. g. currere incipit non à  
die, quo quis in album studiosorum relatus est, sed, quo  
in Academiam commigravit.*

II.

*Titulum Cod. de summa Trinitate & fide catholica.  
Juri sibi sine injuria Theologorum vindicant.*

III.

## III.

*Privilegium Ecclesie fortius non est privilegio minoris, fortius tamen est privilegio aliarum Universitatum secularium.*

## IV.

*Errant, qui penes Ecclesiam merum dari imperium statuunt, cum in eo definiendo metaphoris uti necesse habeant, quod à regulis definitionis alienum est.*

## V.

*Qui verbis dubiis & ambiguis fidem matrimonii non dedit quidem; sed dare visus est, absolvitur sed tamen in expensas condemnatur.*

## VI.

*Homicida non habet jus ad promissam sibi mercedem: ergo nec stuprata ad promissum sibi matrimonium.*

## VII.

*Ducta nulliter ab Impostore conjugato & impedimento ex post comperto transigens, mortuam Impostoris uxore jus nullum ad matrimonium agendi consequitur.*

## VIII.

*Consensus purus est forma matrimonii de jure natura, quomodo ergo illud sub conditione turpi aut impossibili juxta præscriptum c. fin. X. de condit. appos. valere poterit?*

### III. Ex J. Civili.

#### I.

**J**cti Romani non ubique sunt accurati descriptores.  
Sic. E. G. quomodo 1) Definitio Libertinorum in  
L. 6. de stat. hom. cum integro tit ff. qui sine manumiss.  
ad libertat. perven. harmonizabit? Quomodo 2) Defi-  
nitio aut Descriptio testamenti in l. 1. ff. qui testam. fac.  
poss. à vitio, quod latius pateat suo definito vindicabi-  
tur? idem de definitione pacti in l. 1. §. 2. ff. de pact. esto  
judicium. Quomodo 3) Definitio Possessionis bonorum  
in l. 3. §. 2. de bon. possess. quod sit jus persequendi reti-  
nendique patrimonii sive rei, quæ cujusque, cum moritur  
fuit. Aut 4) Definitio prati in l. 31. de V. S. quod sit, in  
quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est à  
vitiis Amphibolia & Planologia liberari poterunt? &  
plura ejusmodi.

#### II.

Jurisconsultus sine lege loqui non erubescit.

#### III.

Jus Feudale apud nos valet, cur non & Authenti-  
ca Cod., etiam in his, in quibus cum fontibus suis non  
conveniunt?

#### IV.

Jus Justinianicum in Germania nostra est jus non  
scriptum.

#### V.



## V.

*Juris expediti & praxi recepta dicitur sententia, principalem per culpam Procuratoris laesum, non nisi in subsidium excusso videlicet procuratore, in integrum restitui: sed an non regressus hic frustraneus erit? moraliter quippe impossibile est, interesse suum contra procuratorem docere ob dubium & incertum litis eventum. In quam rem eleganter Mev. p.2. Decis. 245. ibi: qualitas, quæ petitionem fundat, prius certa esse debet, antequam ei quicquam tribuatur, neque enim dicere potest suâ interesse, qui nondum jus, ex quo illud obtendit, obtinuit.*

## VI.

*Studiosi foro academico renunciare atque Oppidano se subicere nequeunt.*

## VII.

*Hodie per acceptionem legati querela inofficiosi non perimitur.*

## VIII.

*Communis error est; expugnato per fratrem testamento inofficioso, legata etiam concidere; qui refellitur ex identitate & majorennitate rationis, quæ in liberis & parentibus est.*

## IX.

*Sicut & illa absurda est opinio, exheredato nominatim filio, sed sine expressione causa justa, testamentum nullum esse.*

X.

Vehiculum in definitione servitutis actus aliter quam de Trusabili, quod manu duci agique, aut propelli solet, erroneè & ineptè intelligitur, quia alioqui cum servitute viæ confunderetur.

XI.

Servitutum promissam non esse in bonis, opinio absurda est, sicut &

XII.

Illam; fundo usufructuario cum consensu usufructuarii servitutum à proprietario imponi non posse.

---

IV.

Ex J. Publico & Politico.

I.

**P**Eccat Princeps, qui in delinquentem honestiorem & viliores easdem pœnas statuit, nisi crimen sit atrox.

II.

Princeps in lite & contractibus cum civibus jure privatorium uti debet.

III.

Princeps, qui in apanagiis fratrum legem promulgat,

gat, pati non cogitur, ut istorum quoque fratrum nomen legi praefigatur.

IV.

Ordini Equestri Imperii immediato jus Archivi  
haud competit.

V.

Non nisi Catholicus in Reg. Rom. eligibilis est.

VI.

Publicista aut Politicus nemo est, nisi utriusque Juris scientiam imbutus.

---

V.

### Ex Jure Feudali & Criminali.

I.

**L**egitima ex Fendo à patre empto filiabus debetur, tametsi pater testamento hoc prohibuerit.

II.

Hoc casu tamen non verum feudi empti pretium, sed id solum quod pater impendit computatur.

III.

Feudum tamen novum ex gratia Principis à Patre acquisitum in legitimam non computatur.

IV.

IV.

*Judaizant, qui homicidium apud Christianos crimen irremissibile statuunt.*

V.

*Super ratione statuti aut consuetudinis à pœna mortis per matrimonium liberantis, quod nimir. per illud major reo pœna imponi videatur, quàm per mortem. judicium nostrum suspendimus.*

VI.

*Moderatio inculpatæ tutela etiam contra illos rectè adhibetur, qui aliquem vel liberos ejus invitos sine Principis jussu in militiam trahunt.*



DISSE  
INA  
QU

UTRO

DIV

IN AL

JOANNE  
Regim. Pal  
Profess.

Summos in

PLURIMU  
D. JOAN  
De HALLE  
S. Augustini  
sive Norm

MANNHEMII

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

**TIFFEN** Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Gray	Light Gray
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Gray	Dark Gray



- A** 1 **R** (Red)
- 2 **G** (Green)
- 3 **B** (Blue)
- 4
- 5
- 6 **M** (Magenta)
- 7
- 8 **W** (White)
- 9 **G** (Gray)
- 10 **K** (Black)
- 11
- 12
- 13
- 14 **C** (Cyan)
- 15 **Y** (Yellow)
- 16
- 17 **B** (Blue)
- 18
- 19

**TIFFEN** Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007